inſtauravit: Nam præterquam quod non conſtat bona
37 Templi non ſuffeciſſe; tunc temporis non erat diviſio facta
38 bonorum, nec bona Templi in quatuor partes diviſa erant,
quæ introducta fuit *in c. Nobis, c. Conceſſio, c. Quatuor, c.
De redditibus, c. Cognovimus*, 12. *q.* 2. & alibi; ex quibus
una pro Eccleſia ſive ejus fabrica deputata eſt, quo ſtante,
non fit bona argumentatio: ultra quod ab iis quæ in veteri
39 fiebant Teſtamento, non fit bona argumentatio in Novo;
præcipuè in Judicialibus, in quibus ſervandum eſt jus Ca-
nonicum: *cap.* 1. *de novi oper. nunt. c. Quod Clericis, de foro*
40 *compet.* & ſic plura videmus hodie tolerari quæ in Lege ve-
teri puniebantur, & è contra: *c. Ne autem, juncto c. ſeq.* 23. *q.*
3. *c. Gaudemus, de divort.* cum *aliis* de quibus omnibus vi-
dendus eſt Berojus *d. conſ.* 3. *ex n.* 39.

41 In qua diſtributione contributionis hic Ordo ſervandus
eſt, ut proportione ſervata illi quorum magis intereſt, &
potiores ſunt, magis contribuant: ideo primò Epiſcopus,
Secundò Canonici, qui ſunt membra Eccleſiæ Cathedralis,
c. Novit, de his quæ fiunt à maio. part. Capi. Tertiò Clerici in-
feriores Eccleſiæ Cathedralis. Quartò Clerici Diœceſis, qui
non dicuntur pars Eccleſiæ Cathedralis, & ad ſuarum Ec-
cleſiarum reparationem gravantur; voluit Bero. *d. conſ.* 3.
vol. 1. *ex n.* 19. *uſque ad* 21. Quintò Laici, modo ſuperiùs
42 explicato: Quomodo verò diſtributio hæc facienda ſit? dic
breviter, quod aut adeſt diſcordia, vel non: ſi non adeſt,
tunc difficultas non habet locum; in caſu verò diſcordiæ,
tunc Epiſcopus cum majori parte Capituli debet Summas
diſtribuere, & ratas ſtatuere & taxare, non verò ipſe ſolus:
ut *in d. c. fin. de his quæ fiunt à maio. part. Capit.* Bero. *d. conſ.*
3. *n.* 25.

43 Et ſicut Epiſcopus Canonicos cogere non valet, niſi caſu
quo ejus Quarta non ſufficiat, ita nec Clericos inferiores
vel Laicos Diœceſis & Eccleſiaſticos inferiores collectare
poterit, niſi excuſſis primò redditibus ſuis, & Canonico-
rum Cathedralis Eccleſiæ: Paul. de Citad. *tract. de Iure Pa-
tron. art.* 5. *verſ. ſecundo ſi non eſſet*: Petr. Surd. *dict. conſ.* 62.
num. fin.

44 Circa formam verò Eccleſiæ Cathedralis ædificandæ, latè
videnda ſunt ea quæ diximus *c.* 1. *juncto c.* 5. *de forma &
ſtructura Eccleſiarum Cathedralium.* Quod verò ſpectat ad
45 præſens *Caput*, videndum eſt, an Epiſcopus ſolus model-
lum poſſit facere, an verò Capitulum debeat intervenire?
In quo breviter credo de amborum conſenſu fabricam fieri
debere: nam cùm Epiſcopus ſit Caput, Capitulum verò
46 membra Eccleſiæ, *c. Novit, de his quæ fiunt à Prælat. ſine
conſen. Capit.* ideo debent intervenire: maximè cùm con-
tribuere teneantur in caſibus à nobis dictis, & ita tam-
quam intereſſe habentes intervenire debent; præcipuè cùm
ardua non poſſit Epiſcopus abſque Capitulo expedire: pro-
47 ut hæc latè ponderat Bero. *ex n.* 36. *& ſeq.* Et idem etiam
48 Judicium faciendum eſſe de Laicis, quando ipſi ſolvunt: ex
iiſdem rationibus: quod quidem rationi congruit, nam
cùm difficile ſit, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt
49 inchoata principio, *c. Principatus* 25. ubi Gloſ. fin. *c. Cum
Paulus*, 1. *q.* 1. Barbat. *conſ.* 26. *n.* 1. *vol.* 3. meritò omnium
50 contribuentium expectandum eſt judicium; ita tamen ut
Epiſcopus tamquam Superior ſententiam proferat, à qua
tamen tamquam à præjudicio irreparabili appellatio dabi-
tur; cùm aliud ſit ſuſpendere contributionem, aliud verò
ædificium quod non poteſt reparari, niſi cum graviſſimo
damno, ſi malè factum fuerit.

51 An verò Epiſcopus & Clerus poſſint petere eleemoſy-
nas? Dic poſſe, cùm hoc nullibi ſit prohibitum: ut Ho-
52 ſtienſ. Joan. Andr. Domin. & Anton. notarunt *in c. Ex par-
te, de cenſibus*, quod tamen nihil aliud eſſe quàm excutere
ab humeris Clericorum hoc ædificandi onus, notavit Ber.
53 *n.* 43. à quo dicterio ut ſe liberaret Doctiſſimus & Venera-
bilis Vir Martinus ab Azpilcueta Doctor Navarrus *in tract.
de ſpoliis Clericorum*, §. 10. *n.* 7. *ver. Tertio*: ſe ipſum con-
demnavit, licet alias non teneretur ad reficiendam quam-
dam Eccleſiam cujuſdam Prioratus quem poſſidebat, ſed
ad Laicos & Parochianos ſpectaret; ubi concludit per hæc
verba: *quamquam ſcio id paucis Rectoribus Eccleſiarum gra-
tum fore.*

Quare ſi ſucceſſu temporis, variiſque calamitatibus, putà 54
bellorum cauſa, ita Civitas in aliam formam fuerit muta-
ta, ut Eccleſia Cathedralis omninò ſit à commercio homi-
num ablata, vel ita difficilis ad eam aditus pateat, ut com-
modè populus non valeat convenire, nec Clerici miniſtrare,
prout in Civitate de Alfaro Diœceſis Tiraſonen. accidit in
Collegiata S. Michaelis: quæritur an Eccleſia poſſit mutari
ab Epiſcopo? & quidem dicendum eſt quod ſic: per ea quæ
c. 7. *de cauſis Translationis Eccleſ. Cathed.* notavimus: Sup-
poſita verò mutatione, cujus expenſis ædificanda eſt de no- 55
vo, iterùm dubitari poteſt? In qua ſub diſtinctione proce-
dendum: vel enim mutatio eſt voluntaria, & eo caſu nemo 56
invitus cogi poteſt ad contributionem; juxta *dec.* 501. *p.* 1.
in poſth. Farin. cui Adde Barboſ. *in Paſtor. alleg.* 64. *n.* 11.
& 12. & ea quæ diximus *c.* 7. *de cauſis translat. Eccleſ. Ca-
thed.* Si verò fuerit neceſſaria veluti ob locorum diſtantiam,
ſive quia incolæ Civitatis & Clerici difficilè convenire poſ-
ſunt, vel ex illis cauſis à nobis *d. c.* 7. *de cauſis translat.* alle-
gatis, tunc Epiſcopus novam poteſt facere Eccleſiam, juxta 57
tex. *in c. Cum tribus, de Conſecr. diſt.* 1. *c. Felix, c. Multis,
c. Præcipimus, de Conſecr. diſt.* 1. *c. Et temporis qualitas*, 16.
q. 1. *l.* 7. 8. *&* 9. *tit.* 10. *p.* 1. & eo caſu Epiſcopus, omnes,
qui alias tenentur, cogere poteſt, appellatione remota, quæ 58
non ſuſpendit contributionem; *c. Ad audientiam, el* 2. *de
Eccleſ. ædific.* Trident. *ſeſſ.* 21. *de reform. c.* 4. plures apud
Salgad. *de protect. Reg. d. p.* 3. *c.* 5. *n.* 35. *cum ſeqq. & antece-
den.* vide eundem etiam *num.* 42.

Sed ſi Populus in erectione Cathedralis aliquam tranſa- 59
ctionem fecerit, obligando ſe ad reparationem & fabricam
Eccleſiæ, aliquo aſſignato ſtipendio ab Eccleſia ſingulis an-
nis preſtando, vel aliquo jure in eum translato, videndum
eſt an caſu quo Eccleſia aliò propter dictas cauſas transfe-
renda eſt, debeat ſolus expenſas facere? & negativè reſpon-
dendum eſt; quia verba loquentia de reparatione Eccleſiæ
non debent extendi ad caſum neceſſariæ reædificationis,
qualis erat caſus noſter; cũ verba *reparare*, ſeu *reficere*, valde 60
differant à verbo *reædificare*, ſeu de novo facere: *l.* 3. §. *Enim
verò, &* §. *Reficere, ff. de itin. actuque privat. l.* 1. §. *Deinde,
ff. de Rivis, l.* 1. §. 1. *ff. de via public.* & ita reſolvit Tondut.
de Sanleg. *in quæſt. & reſol. benef. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 10.

Diximus etiam Populum teneri contribuere quando 61
adeſſet conſuetudo ædificandi? modò ergo videndum eſt,
an hæc conſuetudo extendatur de Eccleſia ad Eccleſiam? In
qua credo, ſi conſuetudo fuerit de Eccleſiis inferioribus,
veluti Parochialibus, nihil eam obeſſe; cùm Conſuetudo 62
non ſe extendat de loco ad locum, ſicut non extenditur de
perſona ad perſonam: *l.* 3. §. *Hoc interdicto*, ubi Bart. *de iti-
ner. actuque privat.* & pluribus allegatis, in terminis docet
Rota apud Mantic. *dec.* 284. *n.* 6. Si verò Conſuetudo fue-
rit in Provincia contribuendi in erectione aliarum Cathe-
dralium, utique ſervandam eſſe cenſeo: nam licet in hac 63
materia non ſe extendat Conſuetudo de loco ad locum, il-
lam tamen differentiam invenio inter Cathedrales, & cęte-
ras Eccleſias, quod de cęteris poteſt dari Conſuetudo de lo-
co ad locum, quia quotidie poſſunt ædificari: at verò Ca-
thedralis una tantum eſt, & ideo una ſola vice poteſt ædifi-
cari. Unde cùm Doctores Populum ad contributionem ad-
mittant in caſu Conſuetudinis, neceſſariò hæc de erectione
aliarum Cathedralium Provinciæ intelligi debet; aliàs
enim caſus numquam eveniret, & diſputatio hæc ſolum de
vento deſerviret, apud Doctores.

Hæc autem quæ de Conſuetudine Laicorum, vel aliorum 64
contribuentium diximus, de legitima, ſive præſcripta 40.
annorum ſpatio intelligenda eſt, ex tex. *in c. Cùm Eccleſia,
de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. Auditis, de præſcrip. c. ult. in fine*,
ubi Gloſ. *verb. legitimè præſcripta, de Conſuetu.* Mantic. *d. de-
ciſ.* 284. *n. fin.* & tamen licet non adſit Conſuetudo, & licèt
mero jure inſpecto, ſtante fabrica: Laici eſſent immunes;
æquum tamen eſt ut Populus in aliquo contribuat, præſtan- 65
do videlicet operas manuales, & plauſtra; ut in terminis
conſuluit Bertrand. *conſ.* 150. *circa finem, lib.* 7. quem al-
legato Conſilii Pariſ. & Toloſ. decreto, ſequitur Ludo. Bel-
lius *conſ.* 144. *n.* 8.

Sed ſi Laici, vel alius quilibet qui alias ad ædificium non 66
tene-

tenebatur, ſponte aliquid ſolvere offerret, omninò adim-
plere obligabitur: ut probat Bero. *d. conſ.* 3. *num. fin. in fi-*
67 *ne*, etiamſi poſtea retractare donationem voluerit, quæ ve-
luti facta in favorem Eccleſiæ, non eſt retractabilis: ex
Barboſa *de univ. iure Eccleſiæ, lib.* 2. *c.* 13. *n.* 19. *&* 20. de quo
68 etiam aliqua *inf. cap.* 27. *de Hoſpitalibus*, diximus; ubi inter
cętera hoc competere Hoſpitalibus tamquam Eccleſiis no-
tavimus.

69 Sed quanto temporis ſpatio Eccleſia Cathedralis debeat
ædificari, videamus. In quo videas quæ dicemus *inf. cap.*
14. *ex n.* 19. Et licèt nullibi præſcriptum invenerim, ſtatuen-
dum eſſe credo, arbitrio Epiſcopi, vel Superioris id relin-
quendum fore, juxta magnitudinem ædificii, & ædifican-
tium facultates, addendo temporum, & locorum qualita-
tes, conditiones, & extremitates: ut optimè reſolvit Fuſc.
de viſ. lib. 2. *cap.* 13. *n.* 16. de quo etiam videndus Rochus
de Curte *de Iure Patronatus, verb. Conſtruxerit, n.* 15.

70 An verò domus circumcirca Eccleſiam ſint ædificandæ,
vel ipſa ſola manere debeat? non erit extra præſentis *Capi-
tis* ſcopum inveſtigare. Cujus difficultatis anſam præbet
71 text. *in cap. Diffinivit*, 17. *q.* 4. in quo Immunitas per trigin-
ta paſſuum latitudinem conceditur, intra quam domos ędi-
ficari extraneas ab Eccleſia prohibetur: quòd ſpatium ad
quadraginta paſſus in Eccleſiis Cathedralibus extenditur:
72 *cap. Sicut antiquitus, c. Definivit, cap. Quiſquis*, 17. *q.* 4. ut latè
infr. c. 26. *de Cœmeteriis Eccleſiarum Cathedralium* proba-
vimus: & notant plures apud Julium Clarum *l.* 5. *c.* 5. §. *fin.
n.* 2. ubi Additionatores latè: Itala *de Immun. Eccl. d. lib.* 1.
73 *c.* 4. §. 6. *n.* 12. dicens, quod cum de Jure Epiſcopus cum Cle-
ricis inſimul vivere debeat, *c. In omnibus, diſt.* 82. in eodem
loco item refici, ideò majus ſpatium requiritur, ex magni-
tudine Epiſcopi, & numero majori Clericorum: cui adde
quæ dicemus *infra, nu.* 82. Ex quo textu Oldradus *conſ.* 55.
74 defendit intra hoc ſpatium nullam domum ædificari poſſe,
ex tex. *in c. In illæ*, 12. *q.* 1. Cùm tamen in tota illa quæſtione,
imò nec in toto Jure Canonico talis textus reperiatur, ut no-
tavit Marius Itala *de Immun. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 4. §. 6. *nu.* 5. Sed
tantùm reperitur textus *in c. Nulla, illa cauſ. & qu.* Cujus
75 verba ſunt: *Nulla ædificia in atrio Eccleſiæ ponantur, niſi
tantum Clericorum.* Unde contrarium deducitur, in domi-
bus Clericorum; de quibus eſt optimus text. *in c. Quiſquis*,
17. *q.* 4. Imò ad Laicales domos hanc prohibitionem non
extendi, latiſſimè docet omninò videndus Itala *d.* §. 6. *ex
n.* 5. *cum ſeqq.* ubi circa immunitatem diſtinguit; itaut domus
76 Clericorum immunitate gaudeant, Laicorum verò è con-
tra: quem omninò videas. Eaque comprobari poſſunt ex
pluribus, quæ circa hoc ipſum in Palatio Epiſcopi *infr. cap.*
29. *de domibus ſeu Palatiis Epiſcoporum*, diſputavimus. De
quo etiam vide latiſſimè Dianam contra Italam *p.* 6. *tr.* 1.
reſol. 2. Ad diſtantiam verò & cognitionem paſſuum, dicas
77 breviter, hunc componi ex quinque pedibus; unuſquiſque
verò pes, menſura quinque digitorum conſtat, ut volue-
runt Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *punct.* 16. §. 4. *n.* 7. Diana *reſol.
mor. p.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 71. Farinac. *in Appen. cap.* 16. *nu.* 286.
Cardin. Tuſc. *lit. E, concl.* 9. *& lit. I, concl.* 59. *nu.* 2. de quo
etiam vide Bellu. *ſpecul. Princip. rub.* 11. §. *Sed quia loquitur*,
n. 1. ubi Additio *Borrelli*, Covarr. *lib.* 2. *var. cap. fin. n.* 5. &
diximus *infr. cap.* 24. *de Campanis Eccl. Cath. nu.* 206. 207.
& de paſſuum differentia & menſura circa immunitatem,
videndus Marius Itala *de immun. Eccl. lib.* 1. *c.* 4. §. 6. *pag.* 80.
Et licèt hanc diſputationem parùm utilem judicaverit Itala
78 *ſuprà, nu.* 24. qui alios citat, cùm hæc Immunitas non ſit in
uſu; tamen contra ipſum latiſſimè inſurgit Antonius Dia-
na *d. par. tract. & reſol.* quem omninò vide: vide etiam
Suarez *to.* 1. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 3. *fol. mihi* 265. ex quibus ædificari
non poſſe in rigore credo, licèt contrariũ ſervetur in praxi.

79 Sed & in ipſo ædificio particularibus prærogativis gau-
det Eccleſia Cathedralis, cùm rectè poſſit impedire aliarum
80 Eccleſiarum conſtructionem propè ipſam: ſed damnum
debet eſſe verum, non fictum, & conſiderabile: prout la-
tè videri poteſt in *optima deciſione Seraphini* 847. *per totam*:
nequaquam verò de illis rebus, quas liberum eſt Chriſti
81 Fidelibus ubi voluerint facere, ut ſunt electio ſepulturæ,
Miſſarum celebratio, & alia ſimilia; de quibus Rota *dec.*

745. *numer.* 3. *part.* 2. *recent. Farinac.*

Quare autem domos intra Eccleſię ambitum per ſpatium
ſupradictum ædificari Jura prohibeant? non afferunt Do-
ctores rationem: eam tamen apertè deduci poſſe putaverim
ex *Novella Conſtitutione* 113. *Leonis Imperatoris*, incipiente:
Quæ veteres: in qua diſponitur, ut quemadmodum in aliis 82
ſtructuris lege cautum eſt; ita etiam ſubdialium ambula-
crorum ſtructuræ, quæ *Solaria* appellantur, decem pedi-
bus à vicinorum ædificiis diſtent: Eccleſia enim Catholica,
pia Mater, id ſemper in mente habuit in ſui plantatione, ut
quoſdam Gentilium ritus retineret, quò faciliori negotio ad
cognitionem veritatis adduceret, cauſam tamen eorum im-
mutans, expians, & ſanctificans, & in Religionis noſtræ
meliorem obſervationem traducens: de quo plura tradit
notata ſubtiliter Solorzanus *de Indiar. iur. & gubernat. to.* 2.
lib. 2. *cap.* 24. *ex num.* 27. *cum ſeqq.*

Circa ædificium notari oportet, ſpecioſum illud magni- 83
tudine, fabrica, elaboratione, picturis, artificio, & cęte-
ris id genus eſſe debere, ut decet domum Regiam Cathe-
dralem, & Sponſam Epiſcopi; cùm id maximè ad majeſta-
tem & augmentum non ſolùm cultus divini, verùm etiam
ad decorem & magnificentiam civitatis conducat: per ea
quæ docet Bobadilla *in Polit. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 7. *num.* 4.

Sed quia agimus de Templo Eccleſiæ Cathedralis ædifi- 84
cando, non erit alienum à materia hujus diſputationis in-
quirere, an Epiſcopus illud collocare poſſit ubi voluerit?
Et ut certa ab incertis ſeparemus, cardo difficultatis præciſè
conſiſtit intra civitatem ubi ſituata eſt Cathedralis; juxta
ea, quæ latè diximus *ſupr. cap.* 4. *an Cathedrales Eccleſiæ in
quocumque loco erigi poſſint*: In qua quæſtione dicendum pu-
to, liberum eſſe Epiſcopo, ubi voluerit eam ponere ex text.
in cap. Cum Epiſcopus, de offic. Ordin. in 6. ſed tamen ubi- 85
cumque exædificetur, non eo modo quo inferiores, ſed
inſtar inſulæ tanquam Regia Domus conſtrui debet, ex
ratione dicta: Gloſſ. *in cap. Nulla*, 12. *q.* 1. ductoque ab Im-
peratoris terreni palatio, ad divini ſupernique Numinis,
argumento: ex text. *in l. Quicumque, C. de oper. public.* & de
eodem eſt textus de Jure Hiſpano *in l.* 24. *tit.* 32. *p.* 3. ubi
Greg. Lopez, Padilla *in l. Altius, C. de ſervit. & aqu.* Anaſtaſ.
Germon. *lib.* 3. *de ſacror. Immun. c.* 1. Lorinus *in Pſal.* 77. *ver.*
9. de quibus vide quæ dicemus *c.* 14. *ex n.* 19. infrà. Quam
ſeparationem ad Dei religionem & reverentiam pertinere
certiſſimũ eſt: ut docet Card. Turrecr. *in d. c. Nulla*, 12. *q.* 1.

Nec mirandum eſt, quod hæc Fabrica adeò excellens eſ- 46
ſe debeat, tanto majori ratione in Cathedralibus, quàm in
inferioribus: nam ut notavit D. Th. 1. 2. *q.* 102. *art.* 4. *Totus
exterior cultus Dei ad hoc præcipuè ordinatur, ut homines
Deum in reverentia habeant. Habet autem hoc humanus affe-
ctus, ut ea quæ communia ſunt, non diſtincta ab aliis minus re-
vereamur: ea verò, quæ habent aliquam excellentiæ diſcretio-
nem ab aliis magis admiremur, & revereamur.* Qua ratione, 87
ædificata Eccleſia, tanquam nobilior, cedit ædificio; non ve-
rò ædificium ſolo: Farinac. *in poſthum. to.* 2. *dec.* 308. *num.* 6.

CAPUT XIII.

De Reparatione ſeu Renovatione Eccleſiarum Cathedralium.

SVMMARIVM.

Eccleſia nulla abſque dote poteſt ædificari, & ſub qua pœna, 1.
Eccleſia Cathedralis collapſa, cuius expenſis eſt reparanda, 2.
Ædificare non prodeſt niſi ratio reparandi habeatur, 3.
Reparatio & ædificatio à pari procedunt, 4.
Ædificare dicitur ille qui reparat, ibid.
Reparans, idem ius conſequitur, ac ædificans, 5.
Reparare magis præciſum eſt quàm ædificare Templa de novo, 6.
Ruinæ Eccleſiarum ſunt vitandæ, 7.
Ædificia ruinoſa reparanda ſunt, 8.
Conſuetudo attendenda in reparatione Eccleſiæ, 9.
Talis conſuetudo debet eſſe clara, 10.

contribuere tenentur, proportione ſervata: ita omnes DD.
ſuperiùs citati: Fuſc. de Viſit. d. c. 10. num. 15. & 16. Cened.
Collect. 153. num. 1. & 2. plures referens Salgado d. c. 5. n. 7.
64 ex vulgari ratione, videlicet; nam ſicut Clerici in Operi-
buspubliciscontribuere tenentur, quando Laicorum facul-
tates non ſuppetunt, vel quando eis aliqua ſequitur utili-
tas veluti quia hæreditates ex alia parte fluminis ſicut Laici
habent; plures quos ſequitur Garcias de benef. 2. p. c. 3. ex n.
65 11. plures etiam refert Bobad. in Polit. lib. 2. c. 18. n. 311.
Ita etiam Laici contribuere tenentur ad reparationem Ec-
cleſiæ, quæ eſt Cauſa pia publica, & omnibus communis
66 & neceſſaria: ita Guttierrez, & plures apud Salgad. ex n. 9.
cum ſeqq. Quod à maiori procedit, cùm longè ſit certior hęc
obligatio in Laicis, quàm illa in Clericis: ut videre eſt per
ea quæ docet Garcias de benef. 1. p. c. 3. à n. 11. ut notavit
Salgad. d. n. 9.
67 Ita tamen ſupradicta intelligenda ſunt, quod ſi Eccleſia
fuerit Juris Patronatus, primò & ante omnia Patronatus te-
neatur eam reficere: Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 7. Salgad. ſu-
prà num. 14. & DD. communiter, deficientibus Eccleſiaſti-
cis: latè Solorz. de Ind. Iur. lib. 3. tom. 2. c. 23. ex n. 14. & in
Pol. lib. 4. c. 23. verſ. y en terminos de Patron. licèt Contra-
68 rium defendat Bellet. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. de-
bit. §. 14. num. 11. In qua reſtauratione Reges Hiſpaniæ ex
titulo Patronatus non comprehenduntur in Eccleſiis ho-
rum Regnorum, cùm non ſit propriè Jus Patronatus, ſed
69 Protectio, ut dicemus infra, n. 86. & ſeqq. & probant Lott.
de re benef. lib. 1. q. 11. ex n. 84. In Eccleſiis verò, ubi ve-
rum habent Jus Patronatus, veluti in illis Regni Granatæ,
& in omnibus Indiarum, ſive novi Orbis, utique teneri
credo; ex abundè traditis à Solorz. de Ind. Iur. & gubernat.
d. tom. 2. lib. 3. c. 23. d. n. 14. & in Pol. Ind. d. lib. 4. cap. 23.
verſ. y en terminos, fol. 693.
70 Utrùm verò in hoc caſu, ipſi ſoli inſtaurent an verò con-
tribuant cum aliis? Dic breviter de Jure verius eſſe Contri-
buere cum aliis: per ea quæ latè tradit Solorz. locis ſuperiùs
cit. licèt ibi Invictiſſimus Dominus noſter Philippus Hiſpa-
niarum Rex Catholicus ſolus ædificare voluerit, argumen-
tum magis ſuæ pietatis erga cultum cœleſtis Regis, quàm
ſuæ obligationis privatæ in hoc exhibens. Quod ſi verò Pa-
tronus noluerit contribuere requiſitus, jus amittit Patrona-
tus: latè Monet. de Commut. ult. volun. c. 11. n. 150.
71 Ab hac autem contributione non excluduntur Nobiles,
nec Exempti: ut docent plures quos allegat & ſequitur Ce-
ned. Collect. 153. n. 2. & 3. Cabed. dec. Luſit. 91. ex num. 1.
Avendan. de exequen. mandat. Reg. lib. 2. c. 14. n. 19. plures
apud Barb. in Paſt. d. alleg. 64. n. 7. & de poteſt. Paroch. c.
13. n. 9. ubi plures citat, & notat hoc procedere quacumque
72 non obſtante appellatione, & omnes ſuprà enumerati et-
iamſi forenſes ſint, & alibi inhabitent, dummodo in loco
ædificii faciendi bona immobilia poſſideant; Cabedo dec.
91. n. 9. Phebos dec. Luſit. 34. tom. 1. Barb. in Paſt. d. alleg.
64. n. 10. & 11. & de omnibus videndus Belletus diſquiſ.
73 Cleric. p. 1. tit. de Cleric. debit. §. 14. n. 6. Nec in omnibus ca-
ſibus ſuperiùs adductis excuſari poſſunt à contributione, ſub
prætextu quod fabrica non fiat juxta formam contribuenti
bene viſam: nam hoc diſtat inter voluntariam & neceſſa-
riam contributionem; quod in voluntaria, Contribuentis
74 voluntas ſpectari debeat; neceſſaria verò, ſive velit, ſive no-
lit, facienda eſt, & ipſe contribuere tenetur; ut diſtinxit Ro-
ta apud Farin. in poſth. d. dec. 501. p. 1. n. fin. & ſub hac di-
ſtinctione componendas eſſe Doctorum ſententias exiſti-
mo, ut videre eſt per ea quæ tradunt Pechius de Eccleſ. re-
par. c. 11. num. 4. Bertrand. conſ. 126. num. 12. volu. 1. Nat-
ta conſ. 215. Theſaur. dec. 149. ubi adde Bell. conſ. 28. n. 20.
Tondut. de Sanleg. in quæſt. & reſol. benef. par. 1. c. 38. ex
num. 4. ubi docet, forenſes non teneri, niſi pro majori par-
te anni in illo loco domicilium habeant: Cabedo dec. 91. ut
75 de praxi Galliæ teſtatur idem Tondut. Sanleger. n. 6. 9. &
10. ubi notat pro noſtra ſententia adeſſe Conſuetudinem in
76 Italia, & Gallia; ſecus autem eſt de Jure; quia intereſſe foren-
ſium eſt ſecundarium: quod in Eccleſiis Cathedralibus mi-
hi non placet, cùm Decimæ forenſium ad eas ſpectent: &
non tantùm ratione adminiſtrationis Sacramentorum, ſed
etiam ſuperioritatis omnes contribuere debent.
In qua reparatione non ſolùm comprehenduntur parie- 77
tes materiales Templi, verùm etiam Ornamenta, Calices,
Pluvialia, & alia quæcumque, ſine quibus celebrari non
poteſt, etiam habito reſpectu ſecundùm dierum ſolemnita-
tem & varietatem, & omnia neceſſaria pro cultu Templi:
ita tenent Barba. conſ. 26. lib. 3. Surdus d. conſ. 62. num. 5.
Cavalcan. & Campan. quos ſequitur Salgad. d. c. 5. n. 6.
& extenditur non ſolùm ad ſupradicta, verùm etiam ad Ec- 78
cleſias annexas Cathedrali, in quibus eadem viget obligatio
ab iiſdem: juxta notata per Gloſ. in c. Si quis obiecerit, verb.
neutrum, 1. q. 3. & pluribus citatis Rota dec. 454. num. 1. p.
1. in poſth. Farin.
Hæc autem obligatio adeo ſtricta eſt, ut illi qui alias te- 79
nentur, nullo modo excuſentur ſub prætextu pacti de non
petendo amplius in Congrua aſſignata, quod non excludit
obligationem reparandi: Farin. in poſth. dec. 545. n. 2. p. 1.
Cogere verò illos qui tenentur ſpectat ad Epiſcopum, 80
etiam Laicos, Barboſ. in Paſtor. d. alleg. 64. n. 8. Pereira de
manut. Regia, t. 1. p. 3. c. 18. n. 8. latè Lotter. de re benef. lib.
1. q. 11. n. 78. Surdus conſ. 101. n. 42. verſ. quod ſi Clerici: &
per totum illud conſil. vel ad ejus Vicarium ſpeciale manda-
tum habentem, Fran. Leo. in Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. c. 16.
n. 16. Barboſ. d. alleg. 64. n. 9. latè cum pluribus Fontanella
deciſ. 523. per totam, ubi ita deciſum refert in Catalaunia
abſque difficultate per Judicem Competentiarum. Quod
ſi exceſſerit in compellendo ſive in modo, ſive in quantita-
te, datur etiam appellatio ad Superiorem: idem Barboſ. 81
in Collect. ad Triden. d. ſeſſ. 21. cap. 7. num. 15. non tamen
ſuſpenſiva, ut notavimus c. 10. de dub. quæ ſubor. ſol. in nove
Cat. erect. n. 193. & ad dictam contributionem etiam per 82
ſubtractionem Decimarum & fructuum compelli poſſunt:
Ripa reſponſ. 26. n. 15. & Reſponſ. 68. per totum, Bell. conſ.
144. quidquid dicant Monet. de Decim. c. 7. q. 2. num. 41.
Tondut. de Sanleg. ubi ſupra, n. 13. & licet Bobad. in polit.
lib. 2. cap. 18. n. 135. de praxi teſtetur ad Judices laicos hoc 83
ſpectare Juſſu Regis, tamquam Concilii Trid. executores;
etiam per ſequeſtrationem, ſeu pignori capiendo Decimas,
ſive alia bona: quem etiam ſequitur Salgad. d. c. 5. n. 8. &
latè Zaballos de cognitione per viam violentiæ, 2. p. q. 99. n.
12. Guilliel. Bened. in c. Raynutius, verb. & uxorem nomine
Adelaſiam, el 2. n. 138. Mexia in pragm. pan. con. 5. n. 38.
pulchrè Carolus de Graſſalis Rega. Fran. lib. 2. iur. 6. quod
intelligendum eſt ſecundùm limitationem Navarri de ſpol.
Cleri. §. 10. n. 7. verſ. 4. optimè Rebuff. reſponſ. 135. per tot.
notavit Cened. d. Collect. 153. num. 1. exemplo ſumpto in
Paralipomenon c. 24. & 4. Reg. c. 12. ubi legitur Regem Ju-
da reprehendiſſe Jojadam Pontificem, & cęteros Sacerdo-
tes, quia non reparabant Templum, & quia contempto
juſſu Regis id non fecerunt, Decimas ab illis abſtulit donec
implerent mandatum, ex quibus à Miniſtris ab eo deputa-
tis reparari juſſit: hoc tamen reſpectu Laicorum intelligit
Barboſ. in Collect. ad Conc. Trid. d. ſeſſ. 21. c. 7. n. 16. quod
decentius eſt: aliàs enim ex protectione & executione Con-
cilii, omnia in eo contenta ad Judices Laiços ſpectarent, &
ipſi Executores & Delegati dicerentur Sedis Apoſtolicæ,
quod abſurdum videtur; cùm non ſoleat Sedes Apoſtolica 84
commiſſiones mandare niſi Eccleſiaſticis, & his qui fuerint
in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti: Garcias de benef. 1. p.
c. 5. n. 531. & ex protectione Concilii, nequaquam arguitur
ad auctoritatem compellendi; & ita frigidam rationem, 85
hanc argumentationem appellavit Lotter. d. q. 11. n. 81. ubi
n. 84. explicat, tutelam, quam Reges habent & protectio- 86
nem, nudam eſſe ab omni Juriſdictione & imperio: Gemin.
conſ. 81. n. 2. verſ. nam recommendatus, Natta conſ. 636. n.
1. & nihil aliud eſt quam ſimplex Advocatia: Gaill. obſeru.
54. n. 1. qui n. 5. admonet intentos eſſe debere, ne prętextu 87
hujuſmodi Protectionis pernicioſè peccetur, dum jus illud
plus ęquo extenditur, & ad quęſtum privatamque utilita-
tem transfertur. Sed de hac materia vide infra, c. 18. de Pul-
pito, ubi latiſſimè ex n. 42. cum plurimis ſequentibus.
Quare tantùm licet adire Sęcularem, data negligentia in 88
Judice Eccleſiaſtico, vel quando proximam ruinam minan-
tur Eccleſiæ, & alio modo ſuccurri non poteſt, vel coadju-
vando

vando Juriſdictionem Eccleſiaſticam; quo pacto & debitus
89 honor ſervatur Eccleſiaſticis Judicibus, & melius repara-
tioni Eccleſiarum conſulitur: & ita credo quod in Hiſpa-
nia practicatur in inferioribus: cùm de Cathedralium re-
paratione notitiam non habeam: verum in hoc à pari pro-
cedunt, ut omnes fatentur DD. & ita intelligendus eſt tex.
90 in can. ult. 96. diſt. ubi boni Principis eſſe ac religioſi, Ec-
cleſias contritas atque conciſas reſtaurare, novas ædifica-
re, & Dei Sacerdotes honorare, atque tueri dicitur: ob
quam rationem motus Chanaſſeus in Catal. glor. mun. p. 5.
conſ. 17. ait: etiam Principes Temporales maiorem gloriam,
honorificentiam & excellentiam habere non poſſunt apud Crea-
91 torem, quàm Eccleſias contritas atque conciſas reſtaurare, no-
vaſque ædificare: quare ita ſervatur aliquando, ut Laici co-
gant Eccleſiaſticos ad reſarcienda Eccleſiaſtica ædificia, ut
videre eſt per Paponium lib. 1. tit. 5. arreſt. 19. & 20. Guil-
liel. Bened. in c. Raynutius, verbo & uxorem nomine Ade-
laſiam. 2. diſt. n. 138. & ver. domum, n. 17. de teſtam. quod
nec tex. permittit: ut notavit Lotter. de re benef. lib. 1. q. 11.
num. 77. & ita data negligentia intelligitur, quæ in Regno
92 Franciæ illis temporibus dabatur, cùm illi Auctores illa-
rum ſint partium: & ſic loquitur tex. in c. Adminiſtratores,
23. q. 5. ubi protectio Laicis permittitur, quatenus auxilium
per Eccleſiam imploratur contra malefactores eiſdem Lai-
cis ſubjectos: ut notavit Lott. d. q. 11. n. 87. Caſu autem quo
93 Laicus intervenire poſſit in Judicio, coadjuvando Epiſco-
pum, in bonis Clericorum non in perſonis exequutio fa-
cienda eſt: ut latè cum pluribus Cened. d. collect. 153. n. 3.
verſ. In quo difficili articulo.
94 Poſita verò ſententia, ſive decreto contributionis, licet
ab eo appellare licitum ſit, ut ſupra diximus; tamen appel-
latio non ſuſpendit: Trident. d. c. 7. ibi: Contradictione re-
mota: Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 9. in Annotationibus,
numer. 218. & pluribus citatis Salgad. de protect. Reg. 2. p.
cap. 8. ad finem, præcipuè à num. 7. & d. par. 3. cap. 5. num.
15. Barboſ. in Collect. ad d. cap. 7. num. 17. & de offic. & po-
teſt. Paroch. c. 13. num. 9. in fine: qui tenet idem procedere,
95 etiamſi in totum diruta ſit, & alibi ædificari debeat: ut vi-
dere eſt per ea quæ latè ex num. 31. cum ſeqq. docet: & ſem-
per cauſa Reparationis tamquam pia judicanda eſt: ut no-
tavit Fuſcus de Viſ. dicto lib. 1. c. 10. n. 16.
96 Hæc verò quæ diximus intelligenda ſunt de reparatione
Eccleſiæ neceſſaria pro fabrica competente juxta qualita-
tem Eccleſiæ Cathedralis, non verò quando ea commoda
exiſtente, propter majorem commoditatem de novo erigi-
tur, vel ampliatur: quia hoc caſu, licet laudandi ſummo-
perè ſint ædificantes, tamen ad hoc compelli non poſſunt
97 qui alias in Reparatione neceſſaria tenentur contribuere:
nec Epiſcopus qui ſponte contribuit, poteſt ſucceſſorem
gravare; nam licet ſucceſſor teneatur ad debita contracta ab
anteceſſore pro neceſſitate Eccleſiæ, non tamen pro expen-
98 ſis voluntariis ad majorem commoditatem factis: juxta
text. in c. 1. ubi DD. de ſolut. de quo eſt optima deciſio Mon-
tis Politiani pecuniaria 20. Maii 1613. coram Manzanedo,
apud Farinac. in poſthu. d. deciſ. 501. ubi plura deducit: &
de eadem materia videndi ſunt Natta conſil. 215. in mate-
ria Collectarum, num. 7. & Gratian. diſcept. 84. per totam,
99 præcipuè num. 20. Belletus ſæpè citatus num. finali. Ratio eſt
quia nemo tenetur ad refectionem Eccleſiæ niſi pro impen-
ſa utili & neceſſaria, quæ hoc caſu non dicitur talis, ſed po-
tius voluntaria, ad quam nemo tenetur, rem communem
meliorem faciendo, l. Parietem, ff. de ſervit. urban. prædior.
Gratian. diſcept. 84. num. 21. Barb. d. alleg. 64. num. 11. &
100 12. Et hinc eſt quod ad ampliationem Eccleſiæ ſimiliter
non tenetur concurrere, niſi ampliatio eſſet neceſſaria; ve-
luti quia adeo populus excrevit, ut in Cathedrali contine-
ri non poſſit: Surdus conſ. 62. num. 6. & 7. per tex. in cap.
De his, c. Ad audientiam, de Eccl. ædific. cap. Præcipimus,
101 16. q. 1. Si verò plura ſcire deſideres de contributione fo-
renſium pro reparatione Eccleſiæ Parochialis? Conſule
Tondut. de Sanleg. p. 1. quæſt. benef. c. 38. per tot.
102 Reparatio verò fieri debet ſive renovatio abſque alicujus
præjudicio: quare ſi in aliqua Capella antiqua, Arma ali-
cujus Familiæ antiquę reperiebantur, in renovata iterum
ponenda ſunt, per quæ & dignitas Familiæ oſtenditur, &
memoria conſervatur: ut in terminis eſt dec. Rotæ 463. n. 103
4. & 5. apud Ludoviſ. de quo etiam eſt dec. Seraphini 652.
circa conſervationem Armorum. Et de Armis & aliis No-
bilitatis inſignibus in Capellis, & aliis ædificiis ponendis, 104
vel non; vide plures apud Cened. dict. Collect. 153. ad De-
cretales, n. fin. & latiùs dicemus infra, c. 16. de Capellis.
Supradictis congruum eſt diſputare, an ſi in reparatione 105
Eccleſiæ mutetur forma, contribuere teneantur qui alias
ſunt obligati? In qua breviter negativè reſolve: ex quo talis
reparatio eſt prorſus voluntaria: per ea quæ latè decidit
Gratian. ſuprà ex d. n. 20. nec ad hoc compelli poſſunt vir-
tute mandati de manutenendo ad reficiendum, quia pro- 106
miſſio de impenſa in reficiendo, non capit impenſam in re
nova conſtruenda: Surdus conſ. 121. in fine, lib. 1. & citato 107
Baldo tenet Gratian. num. 23. ubi ſup.
Verùm ſi culpa Epiſcopi, vel Canonicorum, Eccleſia di- 108
ruatur: ipſi ſoli contribuere tenentur, vel ipſorum hæredes
compellendi ſunt in totum id quod facere poſſunt: c. Mo-
nemus, 12. q. 2. & notatur in cap. Placuit, 2. q. 2. ad idem eſt
text. qui loquitur in hærede, in c. Ex præſentium, cum ibi no-
tatis, de pignor. quia Rector qui potuit acquirere & negle- 109
xit, tenetur: c. 1. ubi Gloſſ. 12. q. 4. exemplo Tutoris, l.
Quidquid alias tutoris, Cod. arbitr. tutel. de quo vide latè Coſ-
mam Guimier. in prag. Sanction. in proœmio, §. Nam Eccle- 110
ſiarum, verbo depereunt ædificia, fol. 36. & 37. Si verò ho-
ſtium incurſu deſtruatur, non teneri Epiſcopum & Præla-
tum, cenſuit Joannes Gallus Arreſto Curiæ 69. apud Camil.
Borrel. in Sum. dec. tit. de ſacroſ. Eccl. n. 25. qui numeris ſeqq. 111
Contrarium defendit: & eodem modo teneri omnes dedu-
ctis neceſſariis ad ſuſtentationem, aſſerit, pluribus citatis:
nec enim major ratio eſt in uno caſu ac in alio, cùm hoſtium
incurſio nihil de obligatione hujuſmodi tollat, & æqualis eſt
labor & injuria Laicorum, quibus totum onus attribuere-
tur, cùm in hoc principalior pars ſint Eccleſiaſtici.
Quare ut tota materia capiatur; Primò reparare debent 112
ii, ad quos de conſuetudine ſpectat: ſecundò Fabrica: ter-
tiò, Epiſcopus: quartò, Canonici: quintò, Clerici: ſextò,
Populus: de quibus omnibus præter ſuprà citatos, vide
plures apud Tondut. de Sanleg. in quæſt. & reſol. benefic. p.
1. cap. 38. per totum, præcipuè num. 15. Barb. de uniu. Iur.
Eccl. lib. 2. c. 4. per totum, præcipuè à n. 9, de quibus omni-
bus videndus eſt Camillus Borrel. in Summ. deciſ. tit. de ſa-
croſ. Eccl. ex n. 2.
Denique ſciendum eſt, eandem ſolemnitatem requiri 113
pro reparatione Eccleſiæ Cathedralis, quæ requiritur pro
ædificatione; cùm hæc à pari procedant: ut pluribus reſol-
vit Solorz. de Indiar. Iur. tom. 2. lib. 3. cap. 23. num. 17. cum
ſeqq. & in Polit. Ind. d. lib. 4. c. 23. verſ. Y conforme mas,
fol. 692. optimè Ludov. Bellius conſ. 144. per tot. quidquid
contrarium dicat Camillus Borellus ſuprà n. 3. ubi docet in
reparatione Eccleſię Epiſcopi vel Pręlati conſenſum non re-
quiri: quod intelligendum eſt quoad ipſam reparationem, 114
hoc eſt ut poſſit fieri abſque Epiſcopo, non ita ſi erigeretur:
tamen Epiſcopus ſuas poteſt partes interponere, & quoad
hoc ut non excludatur eadem ſolemnitas requiritur.
A qua reparatione, obligati, qui aliàs tenentur, mini- 115
mè excuſantur ex eo, quod opus ad perfectionem ſemel de-
duxerint: ſemper enim, & toties quoties opus erit, ad eam
modo ſuperiùs explicato tenentur: nec in hoc caſu intrat
diſpoſitio tex. in l. Boves, §. Hoc ſermone, ff. de leg. 1. ut be-
nè notavit Solorz. d. c. 23. n. 15. ubi declarationem factam
à Rege noſtro pro conſtructione fabricæ Indiarum, ut pro 116
prima vice tantùm intelligatur, non admittit; & eam inter-
pretatur quod piiſſimi Reges melius informati circa reſolu-
tionem muneris, oneris, & obligationis ſibi incumbentis
aliud ſtatuere poterunt: prout eandem opinionem proſe-
quitur in Polit. in d. cap. 23. verſ. Y conforme mas.
Verùm quia diximus Laicos unà cum Clericis teneri ad 117
reparationem Eccleſiæ Cathedralis; videamus an caſu quo
Laici contributionem per modum Collectæ imponant &
exquirant, Clerici contribuere teneantur? Et non teneri
abſque formidine aſſero; ex privilegio quod habent Cleri-
ci, ne collectari poſſint à Laicis; de quo in auth. Item nulla

20 minemque in hoc dubitare dixit Lotterius *de re benef. lib.* 1.
q. 11. *num.* 78. Quare omnes fructus Epiſcopi tam præteriti
quàm futuri computandi ſunt pro reparatione Cathedralis,
Fuſc. Lott. & Barboſ. *locis ſuperiùs citatis*. Et ita primus &
principalis in reparatione Cathedralis, qui primas ſibi par-
tes vendicat, eſt Epiſcopus: & ideo ſolus tenetur; niſi ex de-
fectu ſufficientis pro ſe Congruæ id efficere nequeat: ut la-
tè concludit Bero. *d. conſ.* 3. *per totum*, *lib.* 1. quem ſequitur
21 Lott. *d. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 52. Belletus *d. n.* 14. *& ſeqq.* Imò po-
tius, quotieſcumque in Eccleſia non adeſt Fabrica, Quarta
pars fructuum Epiſcopatus deſumitur pro reparatione Ca-
thedralis Eccleſiæ, quacunque Conſuetudine contraria non
obſtante, veluti inimica ſacrorum Canonum: ut ex tex. *in c.*
Cognovimus, 12. *q.* 2. reſolvit Rota apud Mantic. *dec.* 284. *n.* 4.
22 Cui reſolutioni obſtat tex. *in c. unio*, 10. *q.* 3. ubi videtur
probari quod ſi Eccleſia non indigeat reparatione, Epiſco-
pus pro illis annis illam Quartam ſuam facit, & in ſuos uſus
convertere poteſt. Ad quod Reſpondetur, hoc diſtare inter
23 reparationem Eccleſiæ Cathedralis ſive Epiſcopalis, & alia-
rum inferiorum: quod in Cathedrali Quartam expendere
tenetur tam præſentium quàm futurorum, & ideo eam por-
tionem pro tam pio uſu conſervare tenetur, & ita loquitur
tex. *in c. Vobis*, 12. *q.* 2. quare ſi Quartam debitam pauperi-
bus non diſtribuiſſet, futuris pauperibus reſervare debet,
vel in utilitatem Eccleſiæ impendere: in Eccleſiis verò infe-
24 rioribus, illa portio eſt Rectoris; & ideo poteſt illam pro
ſuo arbitrio expendere; ex *d. c. unio*. quia indigente Eccleſia
reparatione; omnes fructus Rectoris ſunt hypothecati: ut
25 videre eſt per ea quæ tradit Berojus ita diſtinguens *d. conſ.* 3.
ex n. 9. Et hæc omnia intelligenda ſunt ceſſante Fabrica di-
ſtincta à menſa Epiſcopali, & hodie ſervatur: qua extante,
26 ſi ejus fructus ſuperſunt, Epiſcopus ſuam Quartam contri-
buere non tenetur, ex Berojo *n.* 15.
27 Ex dictis ſequitur, nequaquam ſtante Fabrica, vel ea de-
ficiente, poſſe Epiſcopum compellere Canonicos ſuæ Cathe-
dralis, ſive alios quoſcumque ad contribuendum, non ta-
men per ſtatutum, ſeu præceptum cogere; quandoquidem
hęc obligatio ad Epiſcopum, dummodo Epiſcopatus fructus
ſufficiant, ceſſante fabrica, ſpectat, ut *ſuprà* probavimus;
de quo eſt tex. in *c. fin.* ubi Abb. *nu.* 7. Communem dicens,
de his quæ fiunt: & videre eſt per plures quos ſequitur Belle-
tus *ſuprà ex n.* 16. rationem reddens, quia non ſufficienti-
bus fructibus Epiſcopi, tunc devenitur ad Canonicales por-
tiones de ſuperabundantibus tam præbendarum, quàm
aliarum rerum Capitularium, quia magnum commodum
percipiunt, & ideo poteſt eos compellere Epiſcopus; per
text. in *d. c. fin.* & de Communi teſtatur Bellet. *n.* 14. vide
etiam Lotter. *dicta q.* 11. *n.* 19. *& q.* 13. *n.* 53. Rota *in d. dec.*
627. *per totam*.
28 Quod etiam extenditur ad caſum, in quo ruina Eccleſiæ
Cathedralis tempore Epiſcopi anteceſſoris ſive demortui
accidiſſet: nam cùm actio ſit realis, contra præſentem Epiſ-
copum poteſt procedi: ex Veral. *dec.* 208. & in terminis ju-
dicatum in Senatu Pariſienſi refert Paponius *lib.* 1. *tit.* 1. *ar-*
29 *reſt.* 14. quos ſequitur Lotter. *d. q.* 13. *n.* 54. *&* 55. Nec in
hoc attendendum eſt, an diligentiæ factæ fuerint contra
Epiſcopum anteceſſorem, vel non, ut in penſionibus de-
curſis tempore anteceſſoris judicarunt Francus *in c. ult.* §.
fin. n. 3. *&* 4. *de offic. Ordin. in.* 6. de quo etiam videndi ſunt
latè Gigas *de penſ. q.* 44. Garcias *de benef.* 1. *p. c.* 5. *n.* 190.
& 202. Flamin. Pariſ. *de reſig. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 40. *& lib.* 6. *q.* 2.
n. 202. qui tres *Rotæ* deciſiones adducit, Barb. *de univ. jur.*
Eccleſ. lib. 3. *c.* 11. *ex n.* 70. *uſque ad* 73. Grat. *diſcept.* 94. *n.*
30 57. quidquid ſecus ſit ex æquitate, ut idem Barb. *in prax.*
exig. penſ. q. 2. *ex n.* 48. Valenz. *conſ.* 137. *n.* 37. *vol.* 2. Grat.
31 *d. diſcept.* 94. *n.* 59. Garcias *de benef. d. c.* 5. *n.* 192. nam cùm
hæc obligatio ſit Epiſcopi, & ad ipſum ſpectet Eccleſias col-
lapſas reſtaurare, Fuſc. *d. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 15. fruſtra diligen-
tiæ contra anteceſſorem expectarentur, cùm alias mora &
negligentia Epiſcopi, quæ culpabilis fuit, ſucceſſorem re-
levaret, & ita prædeceſſor quia non deſervit, & ſucceſſor
quia ſuo tempore non accidit, à ſolutione liberarentur, &
Eccleſia collapſa remaneret; vel Canonici, ſive alii qui non
niſi in ſubſidium tenentur, ut ſtatim dicemus, compelleren-
tur. Nec in Jure novum eſt ſucceſſorem ſolvere, quod ra- 32
tione ſui non debebat, quia ſalvatur ex actione quam ha-
bet recuperandi ab hæredibus defuncti anteceſſoris: Joan.
Andr. *in c. Non eſt mora*, *de Reg. Jur. in* 6. Gratian. *d. diſc.*
94. *n.* 58. Barb. *d. c.* 11. *n.* 72.
Attamen in his caſibus actio datur contra hæredes defun- 33
cti, qui compelli poſſunt, ex Papon. *ſuprà*, *arreſt.* 15. Lott.
d. q. 13. *n.* 55. Salgado *d. c.* 5. *n.* 22. *uſque ad* 26. ubi ponitur
praxis conveniendi; quæ non approbatur reſpectu Judicis, à
Lott. *d. q.* 11. *n.* 77. *&* 81. *& d. q.* 13. *n.* 55. *&* 56. ſed de hoc
latiùs *infra*. Et ita ſervatum fuiſſe teſtatur Guttierrez *alleg.*
10. quem ſequitur Salgado *d. c.* 5. *n.* 22. ubi *n.* 24. docet eo-
dem jure teneri hæredes ac Beneficiatos, & hac ratione ap- 34
pellatione remota eſſe compellendos; quia qualitas ex per-
ſona hæredis non mutatur, *l.* 2. §. *Ex his*, *ff. de verb. oblig.* &
contra eos pariter ac contra defunctum obligatum executio
procedit: *l. ex contractu*, ubi DD. *ff. de re iudic.* vide cum plu-
ribus Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c. fin.* 4. *p.* §. 1. *in prin.* Et ita
noviſſimè quod diximus de reſtauratione ſive reparatione
Eccleſiarum Cathedralium, ſtatutum fuit per S. Concilium
Trid. *ſeſſ.* 21. *de reform. c.* 7. quæ etiam in Cathedralibus
procedit Solorz. *de Ind. iur. d. c.* 23. *n.* 14. & in *Pol. d. c.* 23.
verſ. y en terminos del Patron: latè Riccius *in praxi Paroch.*
reſol. 578.
Fabrica verò deficiente, vel non valente reparationem fa- 35
cere ex bonis ſuis, nec Epiſcopi, ob ejus inopiam, ad bona
Canonicorum ſive Capituli Eccleſiæ Cathedralis recurren-
dum eſt, ita ut relicto eis omni eo quod pro neceſſaria ſu-
ſtentatione requiritur, ex eo, quod ſuperabundat, reædifi-
cationi contribuant: Aufrer. *in ſua dec.* 500. *fol.* 174. qui ad- 36
vertit vix id obtineri, quia Canonici ſervientes ægrè ferrent
ſervitium: attamen in facto fuiſſe obſervatum teſtatur Fuſc.
de viſit. d. lib. 1. *cap.* 10. *n.* 15. Barb. *in Paſtor. d. alleg.* 64. *n.*
64. Rota *deciſ.* 545. *p.* 1. *in poſth. Farin.* de quo vide *ſuprà*
notata, *n.* 22.
Caſu autem quo Capitulum & Canonici renuerint con- 37
tribuere, Epiſcopus poteſt eos compellere ut de ſuperfluis
concurrant: Belletus *Diſquiſ. Cleri. p.* 1. *tit. de Cleric. debit.*
§. 14. *n.* 16. *&* 17. Lambert. *de Iure Patron. lib.* 3. *q.* 7. *art.* 2.
n. 4. *verſ. Si autem dato*: Barb. *d. alleg.* 64. *n.* 4.
Si verò fructus Fabricæ, Epiſcopi, & Capituli non ſuffice- 38
rent, ex ſuperfluis ſimiliter aliorum inferiorum Clericorum,
deductis ſibi neceſſariis, ad contribuendum tenerentur: Ro-
ta *d. dec.* 627. *n.* 4. *p.* 1. *recen. Farin.* in quibus etiam connu-
merari debet Clericus penſionem habens ſuper præbenda 39
ſeu beneficio Eccleſiæ Cathedralis: ut ex *Navar.* & *Sayr.*
tenet Barb. *d. alleg.* 64. *n.* 18. *& in Collect. ad d. c.* 7. *n.* 12. &
Commendatarii, ſive omnes illi qui intereſſe habent in De- 40
cimis & redditibus Eccleſiæ, Cened. *d. Collect.* 153. *n.* 1. *&*
2. & plures quos ſequitur Salgad. *d. c.* 5. *n.* 7. Belletus *n.* 17.
At hæc doctrina limitatur à Barb. *d. alleg.* 64. *n.* 18. ut non
procedat quando Penſio impoſita fuit, ut ab omni onere li- 41
bera ſolveretur: quod mihi non placet, nam cùm hoc ſit ex-
traordinarium onus à Jure impoſitum, omnibus percipien-
tibus fructus ex illa Eccleſia non detrahitur ratione impoſi-
tionis, ſed Jure ita diſponente, & ſic contribuere tenetur;
maximè caſu quo Congrua tantùm relinqueretur Benefi-
ciato, cùm longè æquum ſit, ut priùs Beneficiatus alatur
quàm penſionarius.
Imò potiùs Epiſcopus & Capitulum ſtatuere poſſunt, 42
quod totus Clerus Eccleſiæ Cathedralis concurrat, & diſtri-
butiones, ſive illarum partem, pro reædificatione Eccleſiæ
applicare poſſunt: ut eadem reſolvit Rota *in Gadicen. diſtri-*
butionum, 21. *Octobris* 1577. quæ habetur *par.* 2. *dec.* 325.
quod modo prædicto intelligitur, ideſt ordine ſervato; ita
ut primò Fabrica, ſecundò Epiſcopus, tertiò Capitulum &
Canonici concurrant: ut diſtinxit Rota *d. dec.* 627. *n.* 4. *&* 5.
& hanc Compulſionem poteſt facere Epiſcopus etiam con- 43
tra Exemptos, ut per Trident. *ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 8. obſervat
Salgad. *de protect. Regia*, *d. p.* 3. *c.* 5. *n.* 18. Belletus *n.* 17.
Et in hac aſſignatione, Diſtributionum non veniunt extra- 44
ordinariæ alicuius Confraternitatis, quæ ad Chorum non
ſpectant; quales ſunt illæ quæ dantur ratione Confraterni-
tatis; ſtipendio aſſignato pro aſſociantibus Sanctiſſimum
Corpus

Corpus Chriſti; niſi ex ſtatuto antiquo & obſervato,
quod ratione conſuetudinis obſervandum eſſet: Rota *d.*
dec. 627. *omninò videnda*.
45 Hæc autem omnia intelligenda ſunt de ſuperfluis. Primò
enim ducenda eſt Congrua pro ſuſtentatione decenti, ſe-
cundùm qualitatem ſtatus reſpectivè tam Epiſcopi quàm
Canonicorum, ſive inferiorum Clericorum: & ita intel-
ligenda eſſe Jura *in cap. Decernimus*, 10. *q.* 1. *c. fin.* 16. *q.* 1.
& utrobique Gloſſ. *cap.* 1. *c. De his*, *de Eccleſ. ædific.* Cleri-
cis hoc onus imponentia: declarat de Jure Hiſpano text.
in l. 11. *tit.* 10. *p.* 1. & reſolvit cum pluribus Salgad. *de pro-*
tect. Regia, *p.* 3. *c.* 5. *num.* 5. cùm certum ſit ex fructibus &
46 redditibus aſſignatis pro Congrua non debere fieri repara-
tionem Eccleſiæ; ex pluribus quos ſequitur Rota *dec.* 454.
num. 2. *par.* 1. *in poſth. Farin.* & ita tenent communiter DD.
Cened. *ad Decret. Collect.* 153. *num.* 1. *ad medium*: Guttier-
rez, Sarmiento, & alii quos ſequitur Barboſ. *in Collect. ad*
Concil. Trid. ſeſſ. 21. *de reform. cap.* 7. *num.* 6. Salgad. *de*
protect. Regia, *d. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 4. Barb. *de offic. & poteſt.*
Paroch. cap. 13. *num.* 4. latè Riccius *in prax. for. Eccl. deciſ.*
201. *& dec.* 476. & ita intelligendus eſt Camill. Borell. *in*
Sum. dec. tit. de ſacroſ. Eccl. n. 48. *&* Conſil. Pariſienſe, te-
ſtis eſt Rebuf. *ad conſt. Galliæ*, & Aufrer. deputaſſe medieta-
tem fructuum pro reparanda Eccleſia beneficiali, erant enim
pinguia beneficia, & altera medietas pro Cõgrua ſufficiebat.
47 Si verò in Eccleſia Cathedrali aliqua fuerint beneficia
fundata, quæ reſidentiam non requirant ex particulari ju-
ris Patronatus diſpoſitione, aliquibus caſibus, vel in omni-
bus, ut in noſtra Metropoli Cæſarauguſtana reperiuntur,
in qua Scholaſtici præſentati ad portiones, omnia abſque
reſidentia percipiunt, & aliæ abſque diſtributionibus fun-
datæ ſunt Capellaniæ; ipſi ſoli priùs ſuis caſibus contribue-
re tenentur: Abbas *in c.* 1. *num.* 3. *de Eccl. ædific.* Joan.
Guttierr. Valaſc. Zerola, quos juncta ſententia Sacræ Con-
gregationis ad *cap.* 7. *Concilii ſeſſ.* 11. *de reform.* ſequitur
48 idem Salgado *num.* 19. in quibus non deducitur Congrua,
quia tenentur etiam non deductis neceſſariis, cùm Altari
non inſerviant; nec de eo vivere debeant: Barb. *in d. Col-*
lect. ad c. 7. *Trident. n.* 6. Cavalcan. *p.* 2. *dec.* 22. *num.* 23.
Cened. *d. Collect.* 153. *ad Decret. numer.* 1. & in aliis ita in-
49 telligenda eſt Congrua, quæ pro neceſſaria ſuſtentatione
vitæ ſuperſit, quamvis ad tuendam conditionem ſeu ſtatum
non ſufficiat, quia beneficiorum fructus non ad erigendos
ſeu fovendos mundanos titulos, ſed ad pauperes alendos,
& divinum cultum inſtituendum ſunt conceſſi: ita Paulus
Comitolus *in reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 83. *con.* 3. Aloyſ. Ricc.
in dec. Cur. Neapolit. p. 4. *dec.* 293. Barboſ. *in Collect. ad*
Triden. d. ſeſſ. 21. *c.* 7. *n.* 10. & tranſcripſit à ſe ipſo ex *tract.*
de offic. & poteſt. Paroch. c. 13. *n.* 5. Et hæc omnia adeò pro-
50 cedunt, ut ſi in aliqua Eccleſia Dignitati vel Canonico ali-
qua portio fructuum fuerit aſſignata pro Congrua, ex illis
ad reparationem minimè contribuere tenetur, ſed obliga-
tio reſidet penes Epiſcopum, vel alios, de quo eſt optima
dec. 454. *ex num.* 1. *p.* 1. *in poſthum. Farin.*
51 Hæc autem omnia fundantur in eo quòd Eccleſiæ, ex
fructibus & proventibus ad eas quomodocunque pertinen-
tibus reparari debent: juxta ea quæ reſolvunt Azor. *Inſt.*
Mor. p. 2. *lib.* 9. *c.* 3. *q.* 7. Barb. *in Paſtor. d. alleg.* 64. *à princ.*
& in declar. ad Concil. ſeſſ. 21. *c.* 7. *n.* 7. ex Regula commu-
52 ni Doctorum docentium onus reparationis ſpectare ad il-
lum qui percipit fructus: ex Surdo *d. conſ.* 62. *ex n.* 1. *cum*
ſeqq. quem ſequitur Rota *d. dec.* 454. *in poſth. Farin. p.* 1.
53 Verùm quia diximus Epiſcopum & Clericos teneri con-
tribuere: ſciendum eſt pro qua quota unuſquiſque tenea-
tur; Et quidem pro rata redditu um, reſolvunt Ripa *reſponſ.*
22. Flamin. Pariſ. *de reſig. benef. lib.* 3. *q.* 15. *ex n.* 1. Cened.
Collect. 153. *n.* 1. plures apud Baboſ. *in declar. ad d. c.* 7. *Conc.*
Trid. n. 9.
54 Inſuper & etiam, ſi bona Fabricæ, Epiſcopi, & Capituli,
ſeu Canonicorum non ſufficiant, poterit Epiſcopus vacan-
tium redditus beneficiorum applicare fabricæ Eccleſiæ Ca-
thedralis: juxta doctrinam Abbat. *in c.* 1. *de Eccleſ. ædific.*
Felin. *in cap. Cùm acceſſiſſent*, *de Conſtit.* Thedoſ. de Rubeis
in ſingul. Rotæ, *pag.* 158. *& ſeq.* Barb. *d. alleg.* 64. *n.* 5. *& in*
Frances de Eccleſ. Cathedr.
Collect. ad Conc. ad d. c. 7. *n.* 1. Rota *d. dec.* 627. *p.* 1. *recen. Farin.*
Eandem opinionem ſequuntur in Parocho, & in Paro-
chianis; qui non poſſunt loco cedere, Lambert. *de Iure Patron.* 55
art. 2. *q.* 7. *princ. lib.* 3. *n.* 7. *verſ. Et iſti Beneficiati*: *& art.* 5.
n. 2. Greg. Lopez. *in l.* 11. *tit.* 10. *par.* 1. Belletus *diſquiſ. Cle-*
ric. p. 1. *tit. de Cleric. debit.* §. 14. *n.* 7. *verſ. In tantum*: Barb.
in Collect. ad d. c. 7. *n.* 14. & plures pro more congerit Sal-
gado *de protect. Regia*, *d. p.* 3. *c.* 5. *n.* 4.
Quibus poſitis, videamus an Cathedrali Eccleſia propter 56
vetuſtatem collapſa, vel per incuriam diruta, poſſit Epiſco-
pus, vel quilibet alius ex ea beneficium reſignare, ut obliga-
tionem reparandi illam effugiat: Et dicendum eſt non poſſe,
cùm hæc non ſit cauſa juſta reſignationis: *cap. unio* 10. *q.* 1.
ubi *Gloſſ.* ſicut etiam Vaſallus non poteſt renuntiare feudo, 57
ut non teneatur ad ſervitia quæ debentur Domino, & in
Emphyteuta; & Patrono; qui Juri Patronatus non poteſt re-
nuntiare, quatenus concernit favorem Eccleſiæ, & tenetur
eam defendere: de quibus vide latè Flamin. Pariſ. *de reſig.*
benef. d. lib. 3. *q.* 15. *ex n.* 3. *uſque in finem*, ubi notat hoc
non obſtante, hujuſmodi admitti reſignationes, tota die,
& abſque dubio.
Verùm an hoc procedat in fructibus aliarum Eccleſia- 58
rum Epiſcopatus videndum eſt; itaut poſſit Epiſcopus de
fructibus ſuperfluis unius Eccleſię aſſignare fabricę Cathe-
dralis? quod maximè procedit in Collegiatis habentibus
Fabricam? In qua affirmativè reſpondendum eſt, per *Gloſ.*
doctrinam *in c. Conſtituimus*, *de relig. domib. & in c.* 1. *de reb.*
Eccleſ. non alien. Et ita reſpondet Burgus *in c. Quæ in Ec-*
cleſiarum, *de Conſtit. n.* 272. quem ſequitur Marcus Ant.
Genuenſis *in Manua. Paſtor. c.* 36. *n.* 8. Quę doctrina intel-
ligenda eſt quando Eccleſia Cathedralis actuali indiget re- 59
paratione, & fructus Fabricę, Epiſcopi & Capituli, deducta
Congrua, non ſufficiunt; quia tunc Epiſcopus & Capitulum
rectè hoc poſſunt ſtatuere: per tex. *in c. Si propter tua debita*,
de reſcr. in 6. juncta *conſtit. Io: XXII.* quę incipit, *Suſcepti*:
quæ approbat ſtatuta de talibus fructibus Fabricæ appli-
candis; ut notavit Joan. Andr. *in c. Cùm omnes*, *de Conſt. gloſ.*
1. Barbat. *conſ.* 26. *n.* 4. *vol.* 3. Cujus *deciſionis* ratio eſt, obli-
gatio quam inferiores habent Eccleſiæ ſubjectæ providendi
indigentiæ Eccleſiæ Cathedralis: de quo vide optimè Greg. 60
Lopez. *in l.* 11. *tit.* 10. *p.* 1. *gloſ. ſacando en de.* Et de hac mate-
ria optimè diſtinguit modo à nobis explicato Paulus de Ci-
tadinis *de Iure Patron.* 6. *p. art.* 5. quem omninò videas: Ec-
cleſia verò reparata, fructus ad reparationem applicati ad
eos, ad quos primo ſpectabant, ſtatuto non obſtante, redi-
bunt; ut notarunt Hoſtienſ. quem ſequitur Greg. Lopez.
proximè citatus, *gloſ. fin.*
Quibus non obſtat, hoc eſſe interdictum Epiſcopo abſ- 61
que licentia Papæ aſſignare, cùm ſapiat alienationem pro-
hibitam per tex. *in Extrav.* 1. *de reb. Eccl.* nec hoc ullo jure
ſibi fuiſſe conceſſum conſtet; nec quod ſemel alicui uſui fue-
rit conceſſum, in alium poſſit converti: *c.* 1. 12. *q.* 1. *Clem.* 62
Quia contingit, *de relig. domib.* Trid. *de reform. ſeſſ.* 7. *c. ult. &*
ſeſſ. 25. *c.* 8. Quare hanc ſententiam ſequuntur Navar. *conſ.*
2. *in antiquis*, *in novis vero* 15. *de reb. Eccl. non alien.* & ve-
riorem dicens Barb. *in Paſt. d. alleg.* 64. *n.* 17. Nam reſpon-
detur prædicta locum habere in Eccleſiis inferioribus: at
verò cùm nos de Cathedralibus loquamur, in quibus ut *ſup.*
vidimus, & poteſtas Epiſcopi major ſit, & obligatio infe-
riorum; nec alienatio rectè & propriè hujuſmodi applicatio
poteſt appellari; nec Epiſcopus bona unius Eccleſiæ pro al-
tera applicat, idque ei à Jure ſatis conceſſum eſſe *ſupra* do-
cuimus, cùm longè diſtet inter Eccleſias inferiores ejuſdem
ordinis ratio, quæ non militat in Cathedralibus, ad quas
reparandas propter earum excellentiam, magiſterium, &
ſuperioritatem, quam in aliis exercent, omnes contribuere
neceſſe eſt, juris ordine in omnibus ſervato: itaut primo loco
Fabrica, ſecundo Epiſcopus, tertio Capitulum, quarto Cleri-
ci Cathedralis, modo quo *ſuprà* explicavimus contribuere
teneantur; cùm ex eadem ratione fructus Eccleſiæ vacan-
tis, vel beneficiorum, pro hac cauſa poſſit Epiſcopus appli-
care, ut diximus, quod tamen eodem modo extra hunc ca-
ſum ei à Jure prohibitum eſt.
Deficientibus verò omnibus ſuperiùs dictis, omnes Laici 63

Non inducitur ex reparatione voluntaria, 11.
Probari debet longiſſima conſuetudo reparandi, 12.
Quomodo talis conſuetudo introducatur, 13.
Fabrica tenetur reparare Eccleſiam, 14.
Eccleſiam Cathedralem tenetur Epiſcopus reparare, 15.
In qua portione, 16.
De quibus bonis, & quo caſu, 17. 20.
Cathedralis debet reparari ex fructibus Fabricæ, 18.
Si bona Fabricæ non ſufficiant, debet reparari ex Quarta Epiſcopi, ibid.
Ad hunc effectum computandi ſunt anni antecedentes & ſequentes, 19.
Omnes fructus Epiſcopatus tam præteriti, quàm præſentes ſunt obligati, 20.
Deficiente Fabrica, vel ea non exiſtente; Quarta Epiſcopi debet ſumi pro reparatione Cathedralis, 21.
Tex. in cap. unio, 10. q. 3. interpretatur, 22.
Tex. in c. Vobis, 12. quæſt. 2. interpretatur, 23.
Differentia ponitur circa reparationem Cathedralis, & inferiorum Eccleſiarum, in contributione Quartæ Epiſcopalis, ibid.
In Eccleſiis inferioribus cui competat Quarta, 24.
Si Eccleſiæ inferiores reparatione indigeant, omnes fructus Rectoris aſſumi poſſunt, qui propterea in hanc rem ſunt hypothecati, 25.
Stante Fabrica, Epiſcopus non tenetur contribuere de Quarta, 26.
Sufficientibus bonis Fabricæ, & Quartæ Epiſcopalis, non poteſt Epiſcopus alios compellere ad contribuendum pro reparatione, 27.
Etiamſi ruina Cathedralis tempore anteceſſoris Epiſcopi accidiſſet: ubi ratio aſſignatur, 28.
Non obſtat factas fuiſſe diligentias, vel non, contra Anteceſſorem, 29.
Ex æquitate Contrarium procedit, 30.
Ad Epiſcopum ſpectat Eccleſias collapſas reſtaurare, 31.
Succeſſor in beneficio debita Anteceſſoris ſolvere tenetur, à cuius hæredibus poſtea repetit, 32.
Actio datur contra hæredes defuncti, 33.
Praxis conveniendi, ibid.
Appellatione remota, compellendi ſunt hæredes defuncti reficere, vel ſolvere ſucceſſori, 34.
Bona Canonicorum quando contribuere debeant, & quomodo, 35.
Canonici ægrè ferunt hanc contributionem, 36.
Epiſcopus compellit Canonicos ut de ſuperfluis contribuant, 37.
Inferiores Clerici quando & quomodo contribuant, 38.
Penſionem habens contribuere tenetur, 39.
Item Commendatarii, & omnes ius habentes in Decimis, 40.
An procedat, clauſula exiſtente quod penſio ſit libera, 41.
Epiſcopus & Clerus quid circa hanc reparationem ſtatuere poſſint, 42.
Epiſcopus hoc caſu contra Exemptos procedit, 43.
Diſtributiones an computentur ad contributionem, 44.
In contributione deducenda eſt Congrua, 45.
De bonis Congruæ neceſſariæ ad ſuſtentationem Miniſtri non eſt reparanda Eccleſia, 46.
Beneficiati non reſidentes ex privilegio, ante omnes debent ſolvere, 47.
In iſtis non deducitur Congrua, 48.
Congrua hoc caſu quomodo intelligatur, 49.
Congrua aſſignata alicui pro ſuſtentatione liberatur à contributione, 50.
Eccleſiæ ex fructibus ad ipſas pertinentes refici debent, 51.
Onus reparationis ſpectat ad illum, qui fructus plrcipit, 52.
Contributio quomodo dividenda inter ſocios, 53.
Vacantium beneficiorum fructus quo caſu applicari poſſunt, 54.
Quid in inferioribus Eccleſiis procedat, 55.
Eccleſia ruinoſa exiſtente an poſſit reſignari beneficium ut obligatio contributionis ceſſet, 56.
Vaſallus renuntiare non poteſt feudum, ut non ſolvat ſervitia, 57.
Idem in Emphyteuta, & aliis, ibid.
Epiſcopus an poſſit applicare fructus ſuperfluos unius Eccleſiæ pro reparatione alterius, 58.
Pro Eccleſia Cahedrali indigente rectè poteſt, 59.
Epiſcopus, & Capitulum hoc caſu abſque dubio id poſſunt ſtatuere, ibid.
Inferiores Eccleſiæ Cathedralem indigentem reparare tenentur, 60.
Hæc applicatio fructuum pro reparatione Cathedralis, non eſt interdicta à Iure, 61.
Conceſſum pro aliquo uſu, in alium non debet impendi, 62.
Laici quo caſu contribuere pro reparandis Eccleſiis teneantur, 63.
Clerici quo caſu contribuere teneantur pro operibus publicis, 64.
Reparatio Eccleſiæ eſt cauſa pia, communis, & neceſſaria, 65. 95.
Laici magis tenentur reparare Eccleſias quàm Clerici contribuere pro Operibus publicis profanis, 66.
In Eccleſia patronata primo Patronus debet reficere, 67.
Reges Hiſpaniæ non tenentur tanquam Patroni reficere Cathedrales collabentes, 68.
Secus in Eccleſiis Regni Granatæ & Indiarum, 69.
An in Eccleſiis Cathedralibus de Iure patronatus ſolus Patronus contribuere teneatur, 70.
Nobiles, vel exempti, ab hac contributione non excuſantur, 71.
Forenſes etiam tenentur, licèt alibi habitent, 72.
Fabrica non debet fieri iuxta mentem contribuentium, 73.
In voluntaria contributione Fabrica fieri debet iuxta mortem ſolventis, ſecus in neceſſaria, 74.
Forenſes habentes domicilium pro maiori parte Anni in Civitate contribuere tenentur, 75.
Contributio ad reparationem Eccleſiæ, qua ex cauſa exigatur, 76.
Reparatio quid comprehendat, 77.
Eccleſiæ annexæ Cathedrali eodem modo reparandæ, 78.
Nullo prætextu excuſantur à contributione obligati, 79.
Epiſcopus cogere poteſt obligatos ad contribuendum, 80.
Appellatio datur ratione exceſſus: non tamen ſuſpenſiva, 81.
Quibus modis procedendum, 82.
Iudices Laici non poſſunt procedere contra Laicos nolentes contribuere, niſi data negligentia Epiſcopi, 83. 88. 91.
Cauſa non delegantur niſi in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis, 84.
Ex protectione Concilii nulla datur authoritas Laicis ab compellendum, 85.
Protectio Regum nuda eſt ab omni iuriſdictione, & imperio circa Eccleſias, 86.
Eſt ſimplex Advocatia, 87.
Coadiuvando poſſunt concurrere Laici cum Clericis in compellendo ad contributionem, 88.
Text. in cap. ult. 96. diſtin. interpretatur, 89.
Maior gloria nulla poteſt eſſe Principis, quàm reparare & ædificare Eccleſias, 90.
Exempla Laicorum obligantium ad hanc contributionem, 91.
Protectio Eccleſiæ, quo caſu Laicis permittatur, 92.
Laicus coadiuvans Epiſcopum, in bona Clericorum, non in perſonam procedere debet, 93.
Appellatio à contributione non ſuſpendit, 94.
Idem in nova Eccleſia ædificanda, 95.
Contributio hæc pro reparatione neceſſaria, non pro voluntaria intelligitur, 96.
Epiſcopus ſponte contribuendo, ſucceſſorem ligare non poteſt, 97.
Succeſſor tenetur ad debita contracta ex neceſſitate, 98.
Refectio Eccleſiæ obligat quando neceſſaria eſt, vel utilis, 99.
Pro ampliatione, niſi neceſſaria fuerit, nullus contribuere tenetur, 100.
Forenſes an teneantur contribuere pro reparatione Eccleſiæ parochialis, 101.
Reparatio debet fieri abſque alicuius præiudicio, 102.
Capella ablata pro fabrica nova, quomodo ſubſtituenda alia, 103.
Quid in conſervatione Armorum, & Inſignium, 104.

An mutata forma, obligati ad reparationem teneantur contribuere, 105.
Mandatum de manutenendo non obligat in reparatione voluntaria, 106.
Promiſſio de reficienda, non capit impenſam in re nova conſtruenda factam, 107.
Si culpa Epiſcopi ruinam patiatur Eccleſia, ipſe ſolus tenetur, 108.
Rector qui potuit acquirere, & neglexit, tenetur, 109.
Idem in Tutore, 110.
Deſtructa Eccleſia hoſtium incurſu, qui teneantur ad reparationem, 111.
Ordo contributionis pro reparatione Cathedralis, 112.
Eadem requiritur ſolemnitas pro reparatione Eccleſiæ, quæ requiritur pro ædificatione, 113.
Reparatio an poſſit fieri abſque conſenſu Epiſcopi, 114.
Toties, quoties reparari opus erit, Eccleſia reparanda eſt ab iiſdem obligatis, 115.
Reparatio Eccleſiarum Indiarum quomodo facta fuit, 116.
Collecta impoſita à laicis pro reparatione Cathedralis an comprehendat Clericos, 117.
Iniuſtè ſolutum pro contributione quomodo recuperandum, 118.
Animus repetendi iniuſtè ſolutum ex quo deducatur, 119.
Populus quando condemnetur ad operas præſtandas pro reparatione, 120.
Presbyterium fieri debet per Clericos, Navis per Laicos, 121.
Quas operas facere debeat populus, 122. 130.
Differentia inter reparationem Cathedralis, & inferiorum Eccleſiarum, 123.
In reparatione nihil faciendum inconſulto Epiſcopo, 124.
Eleemoſyna poteſt corrogari pro reparatione Cathedralis, 125.
Privilegia conceſſa pro ædificatione, cenſentur conceſſa pro reparatione, 126.
Conceſſa facultate ædificandi, conceſſa eſt facultas reficiendi, 127.
Reparatio debet eſſe magna, ut prædicta procedant, 128.
Qui tenetur ædificare, an teneatur reficere, 129.
Epiſcopus circa reparationem Eccleſiæ cum Capitulo debet procedere, 130.
Quantitas neceſſaria pro reparatione, & collecta quomodo dividenda, 131.
Collectæ non ad perſonarum numerum, ſed ad facultates imponendæ, 132.
Per reparationem ſive reædificationem Ius patronatus acquiritur, 133.
Secus eſt in Cathedralibus, ibid.

1 SI ex Juris diſpoſitione nulla Eccleſia abſque congrua do-
tatione ædificari debet; alioquin Epiſcopus ædificari
permittens, de propriis tenetur bonis dotare; *c. Cum ſit*,
ubi Gloſſ. *de Conſecr. Eccleſ. Auth. de Eccl. §. Si quis autem*,
Collat. 9. Piaſecius *in prax. Epiſc. p.* 1. *c.* 4. *num.* 2. Barb. *in*
Paſt. alleg. 64. *n.* 1. Quanto magis Eccleſia Cathedralis,
quæ ad ſui decorem non tantum indiget ſufficienti dotatio-
ne pro Miniſtris, verùm etiam pro ædificio, fruſtra enim
darentur Miniſtri abſque loco, ubi celebranda eſſent divi-
na, & cætera munera obeunda: ſicut etiam fruſtra daretur
locus, ſi non adeſſent Miniſtri; itaut hoc caſu à pari proce-
dant locus materialis quoad fabricam; & ſpiritualis quoad
Miniſtros: quare videndum eſt, cujus expenſis reparanda
2 ſit Eccleſia Cathedralis vetuſtate temporis, incuria, tempe-
3 ſtate, vel alio caſu collapſa: nihil enim prodeſſet quod ædi-
ficaretur, niſi reparandæ fabricæ ratio haberetur: Lotter.
4 *de re benef. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 49. reparatio enim & ædificatio à
pari procedunt: quandoquidem ædificare dicitur ille, qui
reparat; *l.* 1. *in fine*, *ff. de mortuo inferendo*: Surdus *conſil.*
121. *num.* 1. vide eundem *num.* 16. Quare reparans idem
5 jus conſequitur quod ædificans; imò magis præciſum ac fa-
6 vorabile eſſe cenſetur labentia Templa reficere, quàm alia
de novo conſtruere; *cap. Conſuluit*, *de Iudæis*, cum notatis
à Pechio *de in integr. reſtitut. tract. de repar. Eccl. c.* 24. So-
lorz. *de Ind. iure*, *lib.* 3. *c.* 23. *num.* 13. & in *Polit. Ind. lib.* 4.
7 *cap.* 23. *verſ. Y loque he dicho.* Et hinc eſt quod ruinæ Eccle-
ſiarum ſunt vitandæ, *cap. Fundamenta*, *§. Ruinæ*, *de elect. in*
6. Unde reparanda ſunt ædificia ruinoſa, & in bono ſtatu 8
conſervanda, *cap. Generali*, *de elect. in* 6. *l. Quætutores*,
de adminiſtr. tutor. l. fin. C. de oper. public. & ita ad Eccleſia-
rum reparationem argumentatur Coſmas Guimier. *in*
Pragm. Sanct. in proœmio, *§. Nam Eccleſiarum*, *verbo*
ruunt.
Et quidem primò recurrendum eſt ad Conſuetudinem, 9
quæ omninò ſervari debet; *c.* 1. *c. De his*, *de Eccl. ædific.* Lot-
ter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 78. Ludov. Bellius *conſ.* 144. *n.*
1. Barb. *locis ſtatim citandis*; Fuſc. *de viſ. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 15.
& 16. latè Camill. Borell. *in Summa deciſ. tit. de ſacroſ. Ec-*
cl. ex n. 23. latè etiam Belle. *diſquiſ. Cler.* 1. *p. tit. de Cler.*
debit. §. 13. *per tot.* vel ad ſtatutum ſeu privilegium, Rota
dec. 627. *in recent. Farinac. par.* 1. quæ eſt *Maioricen. fabri-*
cæ 16. *Iunii* 1614. *coram Coccino*, Bero. *conſ.* 3. *n.* 1. & 2. *vo-*
lum. 1. plures apud Salgado *de protect. Regia*, *p.* 3. *c.* 5. *n.* 13.
Solorz. *de Ind. iure*, *tom.* 3. *lib.* 3. *c.* 23. *n.* 9. ubi innumeros
refert & in *Polit. Indiar. lib.* 4. *c.* 23. *verſ. Todo loquales tan*
conforme: Mantica *dec.* 284. *nu.* 1. Riccius *in praxi Paroch.* 10
reſol. 578. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 78. Sed talis Con-
ſuetudo debet eſſe clara: nam ſi fuerit turbida, nihil opera-
tur: Rota *dec.* 454. *n. fin. p.* 1. *in poſth. Farin.* nec inducitur
ex eo quod aliquando reparata fuerit ab eo qui non tenetur,
cùm hoc ſit facultativum: idem Farin. *in Poſth. dec.* 545. *n.* 11
3. *p.* 1. ſed neceſſe eſt quod probetur longiſſimi temporis
conſuetudo: Rota *Segobien. Cantorum* 11. *Februar.* 1604. *co-* 12
ram Lancelloto, & *d. dec.* 545. *n.* 3. Quomodo autem hæc
Conſuetudo introducatur, & quæ neceſſaria ſint ad eam in- 13
troducendam? vide Ripam *conſ.* 26. *in* prin. ubi inter cetera
requiritur animus inducendi conſuetudinem, nec ex tacito
populi conſenſu acquiritur: quia conſenſus non eſt, ubi non
eſt animus à quo pendet, Belletus *ſuprà*, *num.* 9. Secundo ad
ipſius Fabricam pertinet reparatio: nam cùm in diſtributio-
ne bonorum Eccleſiæ, quarta pars reſervata ſit pro Fabrica
Eccleſiæ, *c. Decernimus*, 10. *q.* 1. *c. Vnio*, 10. *q.* 3. *c. Conceſſo*, *c.*
Quatuor, *c. Vobis*, *c. De redditibus*, 12. *q.* 1. certum eſt, eam 14
partem quæ prædicto uſui deſtinata eſt, deſervire debere:
& relictis pluribus quæ in reparatione inferiorum Eccleſia-
rum diſputari poterant, de quibus latè plures quos ſequitur
Barb. *in Collect. ad tex in c.* 1. *de Eccleſ. ædific. per totum*, &
in *Paſt. alleg.* 64. *in prin.* Belletus *ſupra*, *n.* 11. Lott. *de re be-*
nef. lib. 1. *q.* 11. *ex n.* 78. Salgado *de protect. Regia*, *p.* 3. *c.* 5.
per totum, latiſſimè Solorz. *de Ind. Iur. d. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 23. 15
per totum, & in *Pol. Ind. d. lib.* 4. *c.* 23. de quibus eſt tex. *in c.*
De his, *de Eccleſ. ædif.* Trid. *ſeſ.* 21. *c.* 7. Eccleſiæ Cathedra-
lis reparatio ad Fabricam & Epiſcopum ſpectat: *cap.* 1. ubi
DD. *de Eccleſ. ædific.* Fuſc. *de viſit. l.* 1. *c.* 10. *n.* 15. Molina
de Iuſt. & Iure, *tom.* 1. *diſp.* 144. *tract.* 2. *ver. quoad fabricam*,
Borrellus *ſupra ex n.* 21. *cum ſequentibus*: quod de quarta parte 16
fructuum ſupradicta intelligendum eſt: ex text. *in d. c. De-*
cernimus, & *c. Quatuor*, ubi Archid. *n.* 3. 12. *q.* 2. tenent Be-
rojus *conſ.* 3. *ex n.* 6. *cum ſeqq. vol.* 2. Barbat. *conſ.* 26. *n.* 4. *vol.*
3. Lott. *d. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 78. qui confuſè loquitur, cùm di-
cat teneri de Quarta ſuorum fructuum: tamen mihi non pla-
cet hęc limitatio, quandoquidem illa Quarta eſt ex Juris diſ-
poſitione propria ipſius Fabricæ, ergo non reparatur ex bo-
nis Epiſcopi: ergo Epiſcopus nihil plus quàm cæteri Bene-
ficiati, vel etiam Laici, in illis bonis expendit, ut dici non 17
poſſit ipſum contribuere in reparatione, quando ex bonis
Fabricæ fit. Quare Epiſcopum teneri contribuere de pro-
priis bonis verius credo, ſi fuerit dives; hoc eſt ſi ex redditi-
bus Eccleſiæ ultra congruam ſuſtentationem aliquid ſuper-
ſit; *d. c. decernimus*: & *d. c. Vnio*: ut advertit Abbas, 10. *q.*
3. incipit, *Sempronius*, *in fine*: quem ſequitur Barboſ. *in Col-*
lect. ad tex. in d. c. 1. *n. fin.* plures apud Epiſcopum Belletum
ſuprà, *n.* 12. & 14. Unde Rota *in recen. in d. dec. Coccini* 627. 18
numer. 3. docet quod ſi Eccleſia Cathedralis fructus habeat
pro fabrica, ex illis debet reparari, ſi verò non ſufficiant,
ex quarta parte fructuum Epiſcopi, quos debet non ſolùm
ex annis ſequentibus, verùm etiam ex antecedentibus, ad 19
hunc effectum conſervare: ſequitur hanc opinionem Bero-
jus *d. conſ.* 3. *n.* 6. Barba. *d. conſ.* 26. *Difficile eſt*: *n.* 4. *verſ.*
Et prædicta omnia, *vol.* 3. Surdus *conſ.* 62. *n.* 23. *vol.* 5. ne-

communitas, Cod. de Epiſc. & Cleric. Sed per Epiſcopum
compellendi ſunt: cap. fin. de his quæ fiunt à maior. par. Ca-
pit. & ita in terminis adeſt conſil. Surdi 62. n. 13. cui addo
in Eccleſiis Cathedralibus majorem adeſſe rationem; quan-
doquidem Laici non contribuunt, niſi caſu quo Clerico-
rum bona non ſufficiant: ergo pejoris eſſent conditionis Ec-
cleſiaſtici: ſiquidem ultra contributionem ſuorum Eccle-
ſiaſticorum redditũum, etiam tamquam Laici contribuere
cogerentur, & ſic duplici onere gravarentur.
118 Ita etiam è contra; ſi populus aliquid indebitè erogave-
rit pro reſtauratione, id ab Eccleſia repetet actione nego-
tiorum geſtorum, vel in factum: per tex. in l. Si quis nego-
tia, la 2. l. Sed an ultro, §. 1. l. Quæ utiliter, ff. de negot. geſt.
quod procedit dummodo impenſa facta fuerit animo repe-
tendi, non verò donandi; & ita probandum eſſe ab Uni-
verſitate, docent Ripa conſ. 67. n. 3. Surdus d. conſ. 62. n.
119 14. animus verò non repetendi deducitur, quotieſcumque
adeſt præſumptio donationis, veluti liberalitas, promiſſio
vel pactum; de quibus latè Bero. conſ. 3. ex n. 29. lib. 1.
120 Quæ omnia licet attento Juris rigore procedant, tamen
quotieſcunque ruina eſt adeo gravis, ut bona Eccleſiaſtico-
rum non ſufficiant, pro brevi reſtauratione, tunc ex æqui-
tate populus condemnatur ad aliquas operas præſtandas:
de quibus videndus Bertrandus conſ. 150. circa finem, ut
121 ſunt currus pro aſportatione calcis, & tignorum, uſque ad
finem operis perfecti & Eccleſiæ ædificatæ: ut citato May-
nardo in deciſ. Toloſ. 32. & 33. tenent Borrellus d. tit. de ſa-
croſ. Eccl. n. 30. & ſæpiùs Toloſæ & Pariſiis judicatum fuiſ-
ſe refert & ſequitur Ludov. Bellius conſ. 144. n. fin. ubi no-
122 tat Presbyterum fieri debet per Sacerdotes, Navim verò
per Laicos: quod, licet ipſe non dicat, ego credo fundari ex
eo, quia Presbyterium locus eſt Eccleſiæ pro Miniſtris Al-
taris, & Clericis celebrantibus; Navis verò pro Laicis, ut la-
tè cap. 5. ſup. de forma & ſtructura Eccleſiarum Cathedralium
diſſeruimus.
123 Si verò ſcire cupias differentiam reparandi Eccleſiam
Cathedralem, & inferiores? Conſule Tondut. de Sanleger.
in quæſt. & reſol. benef. 1. p. c. 39. n. 3. Belletus diſquiſ. Cleric.
p. 1. tit. de Cler. debit. §. 13. & 14.
124 Idem verò obſervandum eſt in modo reparandi quod in
modo ædificandi; itaut nihil inconſulto Epiſcopo fiat, mo-
do ſuperius explicato: ut pluribus notavit Solorz. d. tract.
de Ind. Iur. tom. 2. lib. 3. cap. 23. n. 16. & 17. & in Polit. Ind.
lib. 4. cap. 23. verſ. Y conforme mas, fol. 692.
125 Et inſuper, ſi Epiſcopo videbitur, ſupradictis non ob-
ſtantibus, rectè poterit Eleemoſynas corrogare pro hac re-
paratione; cùm hoc in inferioribus Eccleſiis, ſi magnæ fue-
rint devotionis, fieri juſtè permittatur: ex adductis à Gut-
tier. dicta alleg. 10. num. 8. Salgad. d. c. 5. num. 21.
126 Plura etiam alia hic diſputari poterant, quæ cùm com-
munia ſint cum materia cap. præced. de Templo Eccleſiæ Ca-
thedralis ædificando; conſule quæ ibi diximus, ad majorem
intelligentiam & elucidationem eorum quę hic adduximus,
quorum rationem habendam eſſe notavimus; cùm omnia
privilegia, quæ Eccleſiæ Cathedrali conceduntur pro ipſius
ædificatione, etiam in reparatione procedant: nam conceſſa
127 facultate ædificandi, conceſſa etiam cenſetur facultas refi-
ciendi: de quo plura Surd. conſ. 121. n. 3. & 4. Unum tantùm
annotare volui, quod ea quæ de reparatione Eccleſiarum
128 Cathedralium diximus, de magna reparatione intelligenda
ſunt; cùm ad hanc Parochiani teneantur: ut ex Charon.
obſervat Bellius conſ. 115. n. fin. de minimis enim curan-
dum non eſt: ſed in his doctrina Navarri ſuprà allegata uté-
dum eſſe cenſeo. Neque in huius capitis diſputatione intrat
dubitatio Surdi, d. conſ. 121. num. 23. cum ſeqq. an videlicet
129 qui tenetur reficere, teneatur ædificium collapſum iterùm
erigere? in qua affirmativè reſolvendum: nam cùm utra-
que obligatio pari paſſu ambulet, tam reſpectu erectionis,
quàm reparationis, idem judicium de uno ac de alio fa-
ciendum eſt.
130 In omnibus verò ſupradictis caſibus quando Laici con-
tribuere tenentur, ſive pro Eccleſiæ Cathedralis ædifica-
tione, ſive pro reparatione ad operas, id debet fieri cùm
operibus manualibus, & cum curribus, & tenentur dare
Eccleſiæ calcem, & cœmenta uſque ad finem operis perfe-
cti, & Eccleſiæ ædificatæ: ut ex Maynardo in deciſ. Toloſ.
32. tenent Camill. Borrel. d. tit. de ſacroſ. Eccl. in Summa
deciſ. num. 30. & deveniendo ad declarationem contribu-
tionis tam reſpectu Capituli, quàm reſpectu Clericorum
inferiorum, & aliorum ſuprà recenſitorum, Epiſcopus ſo-
lus non poteſt procedere, ſed tunc & eo caſu debet adhibe-
ri diſpoſitio Epiſcopi & Capituli in ſimul, ſive maioris par-
tis ejuſdem: per plures quos ſequitur Belletus diſquiſ. Cle-
ric. d. 1. p. de Clerico debit. §. 13. n. final.
Sed licet toties in huius capitis progreſſu de contributione 131
pro reparatione Eccleſiæ & de modo adſtringendi obligatos
loquuti ſumus, nondum tamen de quantitate diſtributio-
nis circa ſolutionem verbum fecimus: in quo dicas brevi-
ter, quod contributio non per capita perſonarum, ſeu do-
morum, ſed per ſolidum & libram facienda eſt: ex Leone
in theſaur. for. Eccleſ. c. 16. n. 73. & ſeqq. ea ratione videlicet, 132
quia collectæ non perſonarum numerum, ſed cujuſque pa-
trimonium reſpiciunt: ideoque juxta facultates facienda eſt
hæc diſtributio: l. 1. ubi Gloſ. ver. inopes: juncto Bart. ibi, n.
8. C. de apoch. publ. lib. 10. Belletus ſupra, §. 14. num. 11.
Circa Jus patronatus dubitari poteſt, an acquiratur ex 133
reparatione, ſeu reędificatione? Et licet reparatio modus ſit
acquirendi illud, ex latè traditis à Paulo de Citadin. de Iu-
re patron. 3. p. cauſa 3. acquirendi Ius patronatus, per totam:
& DD. communiter; tamen in Cathedralibus procedere
non poteſt, quandoquidem hæ expenſæ neceſſario fiunt ju-
re cogente; ita ut Eccleſia ſemper libera maneat; alias enim
nulla Cathedralis remaneret quæ Juris patronatus non eſ-
ſet: ſed de hac materia infrà alio cap. ſingulariter age-
mus.

CAPUT XIV.

De Eccleſiis Cathedralibus ſecundùm præſentem ſtatum.

SVMMARIVM

Epiſcopi Clericos antiquitus ſibi aſſumebant, cum quibus vivebant in Clauſura, obedientia, & paupertate, 1.
Exinde ortum habuit Canonicorum Regularium Religio in Cathedralibus & Collegiatis, 2.
Canonici unde appellati, 3. 43. 45. & ſeqq. 85.
Canonici olim ad inſtar Cucullatorum vivebant, 4.
Romana Eccleſia à Chriſto fundata, & quando, 5.
Omnes Eccleſias, Dignitates, beneficia, &c. Romanus Pontifex fundavit, 6.
Beneficiorum origo remiſſivè, ibid.
Ampliſſima poteſtas Romani Pontificis in beneficiis, unde oriatur, 7.
Clerici quomodo in communi vivebant, 8.
Non erat numerus Clericorum certus & determinatus, 9.
Numerus certus Clericorum quare in Eccleſia deſtinatus, 10.
Quo tempore hoc factum fuerit, & à quo, 11.
De Canonicorum vita & converſatione qui videndi, 12.
Fœminarum commercium quare Clericis interdictum, 13.
Eccleſiæ bona habebant in principio, ſed ad ſingulos Presbyteros non pertinebant, 14.
Quæ ad Eccleſiæ Cathedralis ſplendorem ſpectant, ad quæ reducantur, 15.
Locus Eccleſiæ pro quo ſumatur, 16.
Eccleſiæ Chriſtianæ ad inſtar Salomonis Templi ædificantur, 17.
Populus Hebræus per deſertum ambulans quale Templum habebat, 18.
Quantum diſtabat à Caſtris, & quare, ibid.
Salomonis Templum Tabernaculo ſucceſſit, 19.
Quomodo ædificatum nullis ædibus continuis circumcirca, niſi pro Miniſtris, ibid.
Domus ſæcularium iuxta Templa non ædificandæ, ſed tantùm pro Miniſtris, 20.
Immunitas quare conceſſa Eccleſiæ per 30. paſſus, & Cathedrali per quadraginta, 21.
Hæc diſtantia paſſuum, quare Inſula *vocetur*, 22.

Juxta

Juxta Palatia Principum domus non ſunt ædificandæ, 23. 26.
Hæc prohibitio ad reverentiam pertinet, 24.
Quæ ſunt communia, venerationem non habent, 25.
Quæ habent excellentiæ diſcretionem, maiorem admirationem creant, ibid.
Immunitas quare Eccleſiis conceſſa, ibi, & 26.
De conſuetudine non ædificandi iuxta Palatia, qui videndi, 27.
Cathedrales in medio urbium ædificantur, & quare 28. 29.
Templa quare in medio urbium ædificanda, 29.
Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſaraugustanæ laudatur ſitus, 30.
Numerus Miniſtrorum quare requiratur in Cathedralibus, 31. & ſeqq.
Numerus Clericorum in qualibet Eccleſia quis debet eſſe, 32.
Duo Clerici ſunt neceſſarii, & ſufficiunt, ibid.
In Cathedralibus quare plures deſiderentur, 33.
Hebræi in Templo Salomonis quare 22. Sacerdotes ponebant, 34.
Cathedralis cum Clero, populo, redditibus &c. fundanda, 35.
Romani Pontifices quando Dignitates & beneficia fundarunt, 36.
Quare S. Dionyſius Papa beneficia inſtituit, 37.
An hic Pontifex fuerit inſtitutor, vel ſolum reſtaurator beneficiorum, 38.
Eccleſiarum diviſio ante Dionyſium Papam qualis fuerit, ibi, & 39.
Parochiæ aliquando Diœceſes nominatæ, 40.
Canonicatus an fuerint inventi eo tempore, quo alia beneficia, 41. & ſeqq.
Clerici abſque differentia uſquequo fuerint, 42.
Canon idem quod Regula, 44.
Regula unde dicta, 45.
Canonicorum mentio ſæpè fit in Iure, 46.
Officium Canonicorum quale, 47.
Officium quare Horæ Canonicæ, *ſive* Eccleſiaſticæ *nuncupantur*, 48.
Canonia quare dicatur, 49.
Canonicorum nomen unde originem trahat, 50. & ſeqq.
Cantores, qui fuerint in Gentilitate, & qui Canonici, 51.
Canonici qui erant in ſchola Pythagoræ, 52.
Canonici qui fuerint quando Clerici in communi vivebant, 53.
An diverſi ab aliis Clericis, ibid.
Canonici unde originem trahant, & quando incœperint, 54. 58. 61. & ſeqq. 75.
Poſt factam ſeparationem bonorum quot Clericorum ſpecies eſſe cœperunt, 55.
Canonici an fuerint tempore Apoſtolorum, 56. & ſeqq.
Canonici, & Regularis nomen, an idem, 57.
Canonici qui appellati, 58.
Canonicorum Regularium nomen unde originem trahat, 59. 73. & 78.
Ludovicus Vives impugnatur circa nomen Canonicorum Regularium, exiſtimans nomen eſſe Ambitionis, 60 vide ex n. 57.
S. Hieronymus quo tempore floruit, 63.
Quo tempore obiit, ibid.
S. Auguſtinus quo tempore floruit: & plura de eius vita & obitu, 64.
SS. Auguſtinus & Hieronymus eodem tempore floruerunt, 65.
Canonici in Francia à quo tempore fuerint, 66.
Iuonis Carnotenſis tempore Canonicos fuiſſe probatur, 67.
Canonicos quando inſtituit S. Auguſtinus, 68.
Canonici, quare Regulares appellati, 69.
Canonici alii ſæculares; alii Regulares: & quomodo definiantur, 70.
Monachi an antiquiores Canonicis, 71.
Canonici quando poſiti, & à quo in Eccleſia Lateranenſi, 72.
S. Marcus non inſtituit Canonicos Regulares, 73.
S. Auguſtinum renovaſſe Canonicos Regulares ab Apoſtolis in monte Sion inſtitutos, quo pacto intelligatur, 74. & ſeqq.
S. Auguſtinus an fuerit inſtitutor, vel renovator Ordinis Canonicorum Regularium, 75. & ſeqq.
Clerici qui in communi vivebant tempore Apoſtolorum, ſæculares erant, 76.
Canonicorum & Monachorum nomen ſæpè confunditur, 77.
Parochiæ non fuerunt inſtitutæ ob deficientiam inſtituti Canonicorum Regularium, 78.
S. Dionyſius Papa quando Pontifex creatus eiuſque obitus, 79.
Canonicus dicitur à Canone, quod eſt Regula; ergo eſt Regularis: non deducitur rectum argumentum, 80.
Clerici communem vitam ducentes, ſæculares fuerunt, 81. & ſeqq. 84.
Beneficia ſæcularia præſumuntur, 82.
Sæcularia fiunt Regularia, non è contra, ibid.
Sæcularia fuerunt à tempore Apoſtolorum, 83.
S. Petrus Clericus ſæcularis fuit, ibid.
Canonici Regulares quare hac duplici expreſſione denominantur, 84.
Quare Regulares dicti, 85.
Canonici Cathedralium unde originem ducant, 86.
Quando incœperint, ibid. & ſeqq.
Templa quo tempore ſolemni ritu conſecrata, 88.
Redditus Eccleſiæ in quot partes, & à quo diviſi 89. & ſeqq.
Clerici multis annis poſt diviſionem bonorum in communi vixerunt, 90.
Canonici quare inſtituti in Cathedralibus, 91. & ſeqq.
Cathedrales habent Collegium, 92.
Vtilitate ſuadente inſtitutum, ibid.
Senatus vocatur, 93.
Sacer Ordo quare Canonicis Cathedralium annexus, 94.
Canonicorum Collegium cum Epiſcopo, Concilium *nuncupatum*, 95.
Canonicorum Officium quale, 96.
Obſervandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſunt Miniſtri Canonici, 97.
Canonici quare aſſiſtunt Epiſcopo in Pontificalibus celebranti, 98.
S. Petrus Clericis adſtantibus celebrabat, 99.
Canonici Cathedralium à S. Petro, & à cœtu Apoſtolorum originem trahunt, 100.
Dignitates Eccleſiaſticæ quare inſtitutæ, 101. 105.
Introductionis Dignitatum finis, 102.
Dignitates quæ ſint de Iure, 103.
Quæ poſtea adinventæ, 104.
Portionarii: & alii inferiores Beneficiati, quare in Cathedralibus poſiti, 106.
Officia quæ ſunt in Cathedralibus poſt Canonicos collocanda, 107.
Officium, quid diverſum eſt à Dignitate, 108.
Officia ſeu officinæ quæ erant in Eccleſia Cæſaraugustana, ex quibus aliquæ Dignitates effectæ, 109.
In aliis Eccleſiis, quæ Officia ſeu Officinæ reperiantur, 110.
Portionarii, qui ſunt in Cathedralibus, 111
Cibariæ idem quod Diariæ portiones, 112.
Aſſiſii, ſeu Manſionarii, qui: 113.
Eorum Officium, 114.
Quare ſic dicti: ibid.
Portionariorum, & aliorum Beneficiatorum differentiæ, 115.
Portionarii ſunt inferiores Canonicis, licet aliquas Canonicorum prærogativas habeant, 116.
Dimidiæ portiones de inferioribus ſunt Eccleſiæ Cathedralis, 117.
Beneficiatorum Eccleſiæ Cathedralis varia nomina, 118.
Numerus qualis debeat eſſe quorumcumque Beneficiorum Cathedralis, 119.
Plures vel pauciores eriguntur præbendæ ſecundùm qualitatem Civitatis, vel Provinciæ, 120.
Numerus iſte à Iure non eſt taxatus, 121.
Numerus Canonicorum quis ponendus, 122. 132. & ſeq.
Dignitatum quis collocandus, 123.
Archidiaconus prima Dignitas poſt Epiſcopum, 124.
Fallit ubi contraria eſt conſuetudo, 125. 127.
Archipresbyter prima Dignitas poſt Archidiaconum, 126.
Secus ubi adeſt contraria conſuetudo, 127.
Cathedralis Eccleſia non poteſt eſſe abſque Archidiacono, 128.

Digni-